N·1.

SYLVA BIBLICORVM NOMINVM, QVA uirorum, mulierum, populorū, ciuitatum, montium, fluuiorum, & eiusmodi locorum propria uocabula, quorum in sacris Biblijs mentio, explicatur. Denuo diligentius excusa.

BASILEAE IN AEDIBVS [redacted] ANNO

M. D. XXXV.

AMPLISSIMO PIETATISQVE AMANTISSImo uiro D. Sebaſtiano Hellero utriuſq; iuris Doctori, magnanimiq; principis, & domini Georgij Marchionis Brandenburgen. &c. principis noſtri clementiß. conſiliario cõſultißimo, domino ac Mœcenati ſuo ſummo.

GRATIAM ET PACEM in Chriſto Ieſu domino noſtro tibi adeoq; tuis omnibus precor, amplißime uir. Quum meã ſyluam quã de Hebræis nominibus [redacted] congeſſerã [redacted] eſſem, candidisq; bibliorũ lectoribus cõmunicaturus: ipſa ſibi ſolenni ritu patronũ aſciſcebat. Diutule itaq; cogitãti cui potißimũ hæc fœtura conſecraretur, ne citra Mœcenatẽ in publicũ prodiret: unus tu uiſus es dignus, cui noſtra farrago dedicaretur, idq; multis nominibus, primũ q̀ ſis ſacrarũ literarum æque peritißimus, atq; prophanarũ legũq; ciuiliũ, deinde q̀ eiuſmodi delitias amplecteris religioſißime, poſtremo q̀ tã arcta inter nos coaluerit cõſuetudo, ut iure iſta exigere uideretur mutuus noſter amor. Habes paucis dedicãdi libri rationẽ. Verũ ut munus hoc meũ magnificis aut phaleratis ornẽ uerbis, nõ exiſtimaui operæpretiũ. Tum q̀ in amicorũ muneribus potius mittẽtis animus ſpectãdus ſit, q̃ rei miſſæ preciũ. Tũ q̀ tam acri ſis Dedicãdi libri ratio

iudicio, ut absq; mea commendatione operis dignitatem atq; utilitatem uideas. Nos sacram syluam, non lucum gentium idolis consecratū dedicamus. Sacra uero quæ sunt nullius humano indigent encomio, per se ipsa præstantia ac cōmendata. Attamen ut elenchum libri explicemus, uidebatur res ipsa operisq; utilitas exigere. Accipe igitur Circūspectiß. uir paucis q̄d in uniuersum ista hæc sylua tuæ dilectioni lectoribusq; exhibeamus.

Argumētū & summa libri

Damus propriorum nominum non tam ueteris, quàm noui instrumenti amplißimam syluam: uirorum scilicet, mulierum, populorum, regionum, locorum, ciuitatum, uicorum, idolorum, æquorum, fluminū, riparum, fontium, camporum, nemorum, montium, colliumq; uocabula, ac quicquid eius farinæ è biblicis colligi potuerat codicibus, minime nescius quantū ista sylua uniuersis sacrarū literarū candidatis sit & necessaria & profutura. Affirmare enim ausim neminē diuinos posse intelligere libros citra eiusmodi farraginis adminiculū. Necessaria enim est Cosmographiæ peritia, nosse oportet locorum sitū, populorū discrimen, tribuum separationē, fluuiorum decursum, genealogiarū deriuationē, & alia huius generis multa quæ in biblijs proponuntur. Neque enim sufficit dixisse, Hoc est proprium nomen, more barbarorum & stupidorū interpretū ac glossatorū, sed expedit nouisse cuius sit proprium, hominis, an loci. Ineptus fuero si Abraham propriū nomen esse tantum pronūciauero neglecta stirpe, patria, moribusq;. Perinde si quis frigide

gide dixerit Ierusalem loci nomē esse, nec adijciat regionem & tribum in qua sita sit ciuitas, quæ tamen omnia cognitißima habere de decet, si modo cum fructu sacras uoles interpretari paginas, sine quibus nec Mosen neq; prophetas, aut ullos biblicos intelliges libros, in quibus extant chiliades propriorū nominum. Quum enim peregrinationem Abrahæ, Isaac, Iacob & reliquorū patriarcharum referat Geneseos liber, nō uideo quomodo ista recte apprehēdas citra Cosmographiæ disciplinam. Similiter cum Mose ὁδοιπορίαν filiorū Israël ex Aegypto in terrā Chanaan per Arabiæ deserta percēseat necesse est orbis partitionē & nationū sitū ad unguem nouisse. Iosua Israëliticæ plebis princeps sorte distribuit tribubus Hebræorum hæreditatē promissæ terræ, hic si Chananææ terræ sitū, formā & amplitudinē nescias, toto errabis cœlo. Iudicum, Samuelis, Regnorum, & Prophetarū libri bella habent, ab Hebræis cum uicinis gentibus commissa, hic si gentium diuersitatē ignores, quid quæso in biblijs promouebis? Prophetæ nunc huius nūc illius loci recordātur, hic si geographiæ sis ignarus nihilo plus proficies quàm si in aqua sementē facias. Adde quod euāgelistæ Iesu Christi peregrinationē tradiderint, Lucas, Petri, Pauli & aliorum apostolorū prædicationem & itinerariū describat, emoriar si integre apostolorum libros percipias sine Cosmographiæ studio. Enim uero sic existimarim nō solū theologicos locos parandos esse theologo, sed & geographicôs, ut memoria cōserues

Geographiæ utilitas ad sacra biblia intelligenda.

loci, quóue auctore quid uis gestū sit. Viderunt istud omnibus numeris absoluti uiri diui Eusebius Cæsariensis. Hieronymus Stridonensis. Inter nostros uero D. Martinus Luther, Erasmus Roterodamus, Philippus Melanchton, Matthæus Aurigallus, pluresq; alij celeberrimi nominis uiri qui sollicite ad id genus studiorū pellexerunt, uidentes nimirū neminē posse in sacris literis progredi citra huius philosophiæ studium. Diuus Hieronymus Iudæā quidē habebat ex sacris literis Geographorumq; monumentis cognitissimā, nō fuit tamē cōtentus hæc e libris aliorum nouisse, uoluit quoq; oculis perlustrare totam regionē & coram intueri quæ legendo didicerat audieratq;: eadē deinceps & nobis cōspicienda proponere in Ecloga sua (sic enim inscribitur libellus de locis hebraicis) Quid opus fuisset Hieronymo tantum iter emetiri, tantūq; laborē insumere: si nō existimasset Geographiæ peritiam ad sacra biblia omnino fuisse necessariā, & ad intelligendā scripturā in primis accomodam? Porrò si Hieronymus tam diligēter ἀνδρωπολογίαν ꝗ τοπογραφίαν Chananææ tradidisset, nō opus fuisset nos post Homerum Iliada scribere. Quæ itaq; in Hieronymi ecloga desiderātur, ea nos hac sylua diligentissime suppleuimus. Et quantū profuit multis illud Concordantiarū bibliæ (sic enim illi nomē) opus, nescio quo auctore conflatū, tantum immo plus etiam sylua nostra seruiet omnibus theologiæ candidatis. Est enim sylua nostra λεξικοκυριονυμικὴ, id est, sacrorū nominum index: qua

Hieronymi ecloga de locis hebraicis.

Concordantiæ bibliæ.

qua breuibus ostenduntur propria uocabula eorumq́; compendiaria explicatio. Loci quoq; ubi eius nominis extet mentio, uelut digitulo demonstratio. Cuius monetæ etiam nuper quædā Matthæus Aurigallus dedit, quæ omnia in hanc syluam conueximus. Extant & alij pertenues libelluli propriorum nominum indices, sed superat sylua nostra omnia aliorum lexica & magnitudine & copia. Excußi enim quantū potui diligentißime aliorum in hoc genere scripta: multū olei ac operæ insumptum est in has lucubrationes, nam non satis erat semel uniuersa biblia pellegisse, sed oportebat eadem à capite ad calcem usq; repetere, & inter legendum, quæ ad farraginem hanc nostram attinebant, excerpere, ac quæq; in suum locum ordinemq́; collocare. Num istud leuem requirebat operam? aut potuerunt hæc absq; oleo & sudore corradi? Rideant sane nasutuli meas lucubratiunculas, quando plurimi sic instituti sint, ut præter sycophantias, scommata, atq; cachinnos habeant nihil, mihi satis est si tuæ integritati tuiq́; similibus, hoc est doctis & candidis mea placuerit farrago. Quamuis abunde sciam multis usui futuram hanc meam diligentiam, qui uelut enchiridio iuxta biblia sua utentur, & si quod obscurum ignotumue occurrerit uocabulum ex hoc indice petent interpretationem.

Vocabula uero ipsa ex Hebræo uersa exhibemus lectori, non quemadmodū uulgata habebat editio. Licet propter Nouum testamentum & LXX interpres, aliquoties

quoties pristinam sequi coacti fuerimus editionem, mul taq; nomina bis locare, ut per omnia laborem nostrum utilem & commodũ effiiceremus sacrarum literarum amatoribus.

Quę nomina in hac sylua exhibeantur.

Admonitum praeterea uolo lectorem me solummodo in hanc syluam congeßisse propria quorum in receptis libris est mentio, obmißis ijs uocabulis quæ in apocryphis extant, q; eorum minor sit usus. Sensum mysticum neglexímus, non enim instituimus biblicos tropos tractare hoc opere, sed tantũ propria indicare nomina.

...spermologi nostrę ętatis.

Libenter uero in hac sylua plantanda sudauimus collocando quousq; frutices & arbustulas in suum locum: certi nos hac sedulitate fratribus in domino plus profuturos uniuersis mathæologis, qui hodie peruersißime sacram interpretantur scripturam, interim magnos Rabinos superciliose sese iactitantes. Abnegantibus quibusdam impijs blateronibus Christi Iesu saluatoris nostri diuinitatem, Alijs sacrosanctum baptisma misere dilaniantibus, Quibusdam domiuicam cœnam impuro ore uanis suis rationibus cõspurcantibus: Alijs nescio quid de originali peccato tortorie & infœliciter torquentibus. Sunt qui nouum, nescio quod, sacerdotium & sacrificium quasi ex Iouis diphthera superstitioßißime fingant ac domi parturiant, Sanctisq; patribus (ecclesiasticos intelligo doctores) insignem quandam uotam inurere parent. Qui uniuersi lacerant, proscindunt, torquent, fœdant misere scripturam, lympipißimosq; fontes suis

tes suis excrementis sordidare non desinunt. Excitent ergo alij magnas tragœdias & nouarum hæresium sint auctores, proijciant ampullas & sesquipedalia uerba, ut parent sibi nomen He[illegible]illius, qui ille inter Terræ filios perpetuo ignobilis foret, tẽplo Dianæ præstantissimo sacrilegas faces admouit, nobis curæ erit (modo Dominus noster Iesus suo cœlesti spiritu adsit) pure sacra monstrare mysteria, ne conscientias simplicium feriamus pseudoprophetia, instar male feriatorum theologorum turbantium ecclesiam, quam Christus sanguine suo redemit. Farragine nostra nemo turbatur, nemo læditur, nullius cõscientia percutitur, uerum ministratur, consuliturq; omnibus bibliorum lectoribus.

Accipe igitur circumspectissime Mœcenas & augustiss. Sebastiane nouam hanc fœturam tuæ humanitati consecratam: ast sub tuo nomine in publicum prodeuntem eo animo quo à me tuæ dilectioni dedicatur, offertur autem beneuolo, me Hercle, atq; candido: utere ea pro tui candoris integridate arbitrioq;, & si quãdo audieris syluam nostram à feris, leonibus, lupisq; grassantibus immanius uastari aut peti, tu patroni fungere officio, n[illegible]s uitiligatores propellas, cum nihil à uespis sit tutum, minime optauerim. Libenter meos Amorræos, Amalechitas, Momos atq; sycophãtas feram hoc turbido sæculo: quando sic uisum est cœlesti patri. Sed tantum faueas nostræ lucubrationi oro.

Vale in Christo Iesu domino nostro qui cõseruet nos in syn-

in synceritate fidei & dilectione non simulata. Ipse dominus dirigat corda & corpora nostra in charitate dei & pacientia christi, Amen.

Commend[redacted]*tegritati adeoq; omnibus bonis atq; eruditis uiris. In primis nostræ* Onoltz*bachicæ scholæ antistibus humanissimis* D. BERNHARDO ZIEGLER, VINCENTIO OBSOPOEO, CHRISTOPHORO PISTORI *hebraicarum, græcarum, atq; latinarum literarum professoribus fidelitate & eruditione rara & incomparabili præditis quibus* Onoltzbachium *nostrum subinde clarescit.* Adde *illis* IOANNEM RVRERVM SIMONEM SCHNEVVEIS, *in* Euangelio Christi *synmystas fideliß. deuinctißimosq;, ijs omnibus ut sim commendatißimus maximo pere gestio. Iterum uale integerrime frater atq; patrone, unà cum dulcißima coniuge tua & uniuersa domo.*

Onolzbachij IIII Kalend. Martij, Anno nati Christi *seruatoris nostri,* M. D. XXX.

Tuæ integritatis ex animo deuotus,

[redacted]

EPIGRAMMA VINCEN TII OBSOPOEI IN SYL- VAM D[redacted]

Hunc quicunq; librum lustrabis lumine quondam.
Aut uenit in digitos pagina si qua tuos.
Heus caue ne properes liuoris mente maligna
Protinus ignotum spernere lector opus.
Quod non illustri titulo frons prima superbit
Nomina quod non sint ambitiosa libro.
Delitias alij titulis sectentur, & addant
Nomina codicibus quæq; superba suis.
Inuidiam uoluit uitare inscriptio nostra
Inde hoc est dictus nomine sylua liber.
Gaudent secessu Musæ, syluisq; Camænæ
[redacted]*amne, iugis,*
Mo[redacted]*tis, atq; uiretis,*
Et gaudent solis, turba nouena locis.
Nobilis hinc Helicon, hinc nobile sylua Cytheron
Inde Caballini fontis origo fluit.
Hinc sunt Aonij saltus: hinc Phocis, & hinc est
Pieris Aonio nobilitata choro.
Hinc sua Castalio uenerunt nomina fonti,
Hinc quoq; sunt alijs nomina clara locis.
Quid uetat his nostram lucis accedere syluam
Quæ Musis præstet gaudia certa tuis?

Quare

Quare age cui cordi ſunt ſacræ forte Camœnæ
Quis inſtat ſummus: uerus Apollo deus,
[redacted] dirige greſſus
[redacted] tibi.
Hac tibi ſylua dabit umbras, [redacted] frigus opacum
Sub quo feſſus agens membra leuabis humi.
Hanc Althamerus coluit, caue uoce profanes
Hanc nigra, non eſt cædua ſylua, ſacra eſt.

Onoltzbachij

IOANNES HORNBVRG

[redacted]

Mira Dei nobis inſtat clementia ſemper
Pelliciens ſacras ut capiamus opes.
Quam modo culta Dei per te ſit uinea monſtrat
Iſte tuus multa fertilitate labor.

SYLVA BIBLICORVM NOMINVM, [redacted]

AAron siue Aheron filius Amram, filij Kahath, filij Leui, matre Iochebed genitus, Mosis & Miriam frater, primus apud Iudæos Pontifex, Exo.6. Nume.26. 1. Chro.7. Psal.77. &, 99. filios habuit Nadab, Abihu, Eleasar, & Ithamar ex Elisaba uxore sua, quæ erat filia Aminadab, Exod.6. Hic Aaron, inquam, separatus est, domino iubente, ut ministraret in sancto sanctorū ipse & filij eius in sempiternum, 2, Chro, 24. Michææ: 6. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, hunc esse scribit, qui Iether. 2. Chron. 4. dicitur, cū Miriā sorore sua oblocutus Mosi fratri prouocauit contra se dominū, Nume. 12. Prohibitus itaq; est intrare terrā promißionis: quia incredulus fuerat ori. Dei ad aquas contradictionis: Cumq; uixisset annos CXXIII. mortuus est in Hor monte Idumeorū, Nume. 20. 33. Iosua. 24.

Abadia Filius fuit Azel è tribu Ben Iamin, de quo 1. Chron. 9.

Abaddon *Abyßi nomen Græce, ἀπολλύων, id est perdens, Apocalypsis.9.*

Aban[illegible]en *Damasci, uelut habes.4.Regum.5.*

Abagth[illegible]ueri *Regis Persarum Ester.1.* [illegible]

Abarim *Mons est Moabitarũ contra Hiericho supra Iordanẽ, idem ille cũ montanis Arabiæ, in quorũ uertice est mons Nebo in summitate Pisga, ubi Israëlitæ castra fixerant XLI. mansione Eremi Nume.21.& .33. morte diui Mosi notus. Nume.27. Deute.32. Testatur Hieron. in locis Hebraicis ostẽdi, Abarim ascendentibus de Lybiade in Esebon antiquo uocabulo iuxta mõtem Peor nomen pristinum retinentẽ, à quo circa cum regio usq; nunc appellatur Phasga.*

Abacuc *Propheta fuit ante Babylonicã captiuitatẽ sub regibus Ioiakim & Zidekia. Nam ipse tẽpus, quo in Iudæos ac reliquas gẽtes degrassaturus erat impius Nebuc ad Nezar prænũciat. Epiphanius tradit eũ fuisse è tribu Simeonis ex agro Bexzochar. Hieronymus refert in Prologo suo, quẽ in Abacuc scripsit Prophetã hunc habuisse prophetiã aduersus Babylonẽ & Nebucad Nezar, à quibus Iudas & Hierusalẽ tẽplumq; sub uersa sunt, eo tẽpore, quo iam duæ tribus in captiuitatẽ ductæ fuerãt. Hic Abacuc ab amplectẽdo nomẽ hz.*

Abdeel *Ismaëlis fuit filius. Genesis.25. 1.Para.1.*

Abdiel *Filius Guni è tribu Gad.1.Chron.6.*

Abdias *siue Obad Iahu, id est seruus dei, dispẽsatur domus*

domus regis Ahab Propheta fuit, cuius sepulchrum, si Hieronymo credit in Samaria est, Abdiæ.i, perhibetur is fuisse, qui tempore Ahab centum Prophetas absconditos pauit.3.Regum.18.

Abdi *Auus Ethan cantoris Dauidis filius Malluch. 1.Chron.7. Alius Leuita temporibus Iehiskiæ regis, 2.Chron.29.*

Abdi *Filius Elam, hic cum alijs Iudæis post Babylonicam captiuitatem alienigenas uxores suas repudiauit. Esræ.10.*

Abdon *Filius Hillel Pirgathonites octo annis iudicauit Israël, habuit, 40. filios, & 30, ex eis nepotes, mortuus est, ac sepultus in Pirgaton terræ Ephraim in monte Amalek, Iudicum.12.*

Abdon *Filius Micha Iosiæ regis familiaris.2.Chroni.34.*

Fuit *eiusdem nominis quidã Ben Iamita, filius Sasak. 1.Chroni.9. Alius filius Iečlis patris Gibeonis Ibidẽ & .1.Chron.10.*

Abdon *Vrbs in tribu Asser Leuitis concessa, Iosua 21, 1.Chroni.7.*

Abdemelech *Aethiops uir Eunuchus regis Zidechias, amicus ueritatis, pro captiuo Hieremia intercessit, Hiere.38. & saluatur à gladio regis Babyloniorum, Hiere.39.*

Abda *Pater Adoniram.3.Regum.4.*

Abda *Filius Summua Leuita in Hierusalem, post*

Babylonicam captiuitatem, Nehe.11.

Abel *Filius Adam & Euæ secundus, pastor ouium, timésq; deum, à fratre suo Cain in agro occiditur, Gene.4. cuius fides commendatur, Hebre.11.*

Abel siue Abela *Ciuitas, quæ teste Hiero. in lo. Hebraicis à Gadaris orientē uersus XII. miliaria distat* Est etiam *uilla eiusdē nominis in septimo Philadelphiæ lapide, ubi Hiephthah Israëlitarū iudex, nō infeliciter cū Ammonitis manū cōseruit, Iudi.11. De qua Iosephus lib.5. cap.1. antiquit. Iudaicarū. ambæq; uini fœracitate plurimum commendātur.*

Tertia Abela *in Phœnicæ inter Damascū & Paneadem Hieronymo sita est.*

Abel Beth Maacha *Ciuitas est Cananeæ regionis, ad quā usq; persequutus est Ioab per duellē Seba. 2.Reg.20. hāc pugnando cœpit Benhadad rex Syriorū 2.Reg.15. & Thiglat Pilliser Aßyriorū rex, 4.Reg.15*

Abel Maim *Ciuitas, quam, ut narrat historia Paralippomenon. 2.Para.16. rex Asa per Benhadad Syrum expugnauit. 3.Reg.15.*

Abel Mehola *Ciuitas, è qua Propheta Helisæus oriundās. 3 Reg.19. Iosephus li.8. cap.12. Iudaica. antiquitatum, hinc unus principum Salomonis fuit, Hieronymus in locis ait uicum esse in Aulone.*

Abel Haschitim. *Non procul à Iordane locus in deserto ad meridiē Moabitarū, à spinarū copia habēs nomē, Nume.33. Iohel.3. quære infra Sitim, illic fuit.*

42. man si

42. mãsio Iudæorũ. Abel aũt planitiẽ significare haud obscurum est.

Abed Nego, Qui aliâs Asaria è Iuda puer ante Nebucad Nezar regẽ Babyloniorũ cõstitutus, Danielis. 1. et deinde, quia noluit aureã statuã adorare, in fornacẽ ignis cõiectus, Dani. 3, Attamẽ illæsus cõseruatus

Abetarim uel Athorim, pro quo Aquila & Symachus exploratorũ uiam interpretati sunt, ubi aduersum Chananeũ, qui ab Austro contra Israël erupe rat in solitudine dimicatur, Nume. 21. Ita Hierony. in locis Hebraicis significauit.

Abez, aliâs Haemes urbs in tribu Isaschar, Iosuæ. 19

Abiam, qui. 2. Para. 13. & 3. Abia, rex Iudæ, matre Macchá, patre uero Rechabeã genitus, insignis cũ iustitiæ tum pietatis cõtemptor, tertio regni anno Hierosolymis naturæ concessit, 3, Reg. 15. et. 2. Chro. 13. habuit XIIII. uxores, XX. filios. XVI. filias. Hic Abia genuit Asa, Matthæi, 1.

Abia Vxor Hezronis peperit Aschur patrem, Thekoa. 1. Paralip. 2.

Abia Filius Ierobeam bonus moritur. 3. Regũ. 24. Iosephus lib, 8. ca 11. Abimen uocat: ipse solus inuẽtus bonus de Ierobeam rege Israël in sepulchrum illatus.

Abia Filia Zacharia mater Iehiskia regis Iuda, 4. Regum. 18. 2. Paralip. 29.

Abia Sacerdos Dauidis è filijs Aaron. 1. Chro. 25. de uius sorte fuit Zacharias pater Ioãnis Baptistæ. Lu. 1

Fuit etiam quidam Abia sacerdos redux è Babyloni-co exilio, Nehemiæ.12.

Abia Filius Samuelis, iudex Israëlis cõstitutus, deflectens à semita iustitiæ, ad auariciã defecit, fuit Hebræis petendi regis occasio.1.Reg.8.1.Chron.7.

Abia Filius Becher. filij Ben Iamin,1.Chron.8.

Abimelech generale nomen est Palestinorum regum, perinde atq; Cæsar Romanorũ Imperatorũ, Sic rex Gad ciuitatis Palestinæ coram quo Dauid insaniã simulauit.1.Reg.21,& .27. Proprio nomine Achis, In titulo uero Psalmi,34. idẽ regna appellatiõe Abimelech uocatur, id est pater meus rex, Vide Ioannẽ Pomeranum ibidẽ. Gene.20. Abimelech rex Gerar aufert uxorẽ Abrahæ. Gene.26. de Abimelech sub Isaac legitur.

Abimelech Filius Abiathar sacerdos Dauidis.2. Regum.8.&,20.1.Chron,19.

Abimelech Filius fuit Gideonis Israëlitarũ Iudicis ex Cõcubina quam habuit in Sichem, Iudicũ.8. qui è medio sustulit regnandi libidine.70. fratres suos Iudicum.9.& regnauit in Israël tribus annis: Hic in oppugnatione urbis Thebez à muliere fragmento molæ ictus de muro periijt, Iudi.9.2.Reg.11.

Abitob Filius Scharaim ex Husim uxore stirpis Ben Iamin.1.Chronico.9.

Abida Filius Midian nepos Abrahæ, Gene.25.1.Paralippomenon.1.

Abialbon Arbathites, numeratur inter robu-

stos

stos Dauidis.2.Reg.23.Hic 1.Chro.12. Abiel dicitur.
Abisur *Filius Samai.1. Paralippo.2.*
Abihail *Vxor Abisur genuit Ahban & Molid.1. Paralippomenon.2.*
Alia Abihail *Vxor Rehabeam filia Eliab peperit ei tres filios.2.Chroni.11.*
Abihail *Beniamita genitor fuit Ester, quae & Hadasa, Ester.2 frater Mardochei.*
Abiahil *Filius Huri è tribu Gad.1.Chroni.6.*
Abihail *Leuita è familia Musitarum pater Zuriel Nume.3.*
Abisag *Virgo pulcherrima ex Sunem, quae Dauidi iuncta fuit, ut calefaceret corpus fragile, et propter senectutem frigidum.3.Reg.1.Iosephus lib.7.cap.15.antiquita.Iudaicarum, Hanc Adonia post patris mortē uxorem petit.3.Regum.2.*
Abi Nadab *Princeps Salomonis habuit sub se Dorensem regionem & maritimorum, duxitq; filiā Salomonis Taphath nomine uxorem.3.Regum.4. Ioeph. lib.8.cap.2. antiquita. Iudaicarum.*
Abi Nadab *Leuita in Kriath Iearim, in cuius domum reducta fuit arca, dum à Philistaeis fuisset capta 1.Regum.7.1.Chroni.14.*
Alius *Videtur esse is, qui habitabat in Gibea.2. Regum.6.1.Chroni.14.*
Abi Nadab *Filius fuit Isai frater Dauidis.1.Regum.16.&.17. 1.Paralip.2.*

Abi Nadab *Saulis filius.1.Chron.9.& 10.à Philisteis cæditur.1.Reg.31.Hierony. in traditionibus Hebraicis hunc Iesui dictum refert.*

Abisalom *Genitor fuit Machæ genitricis Abiam regis Iuda.3. Regum.15.*

Abihu *Aaronis filius ex Eliseba filia Amminadab, Exo.6 24.28. Nume.26.& 1.Chron.7. Alienū ignē offerēs igne absumitur, Leui.10.Num.3.26.1.Chro.25*

Abisua *Filius Pinehas filij Eleazari è tribu Leui.1. Chroni.7.Esre.7.*

Alius *filius Belae filij Ben Iamin.1. Chro.8.*

Abiassaph *Leuiticæ stirpis homo, filius Elkanæ seu Korah, Exod.6.1 Chro.7.& 10.*

Abihud. *filius Belæ filij Ben Iamin.1.Chro.9.*

Alius Abihud *Filius Selomi princeps tribus Asser, Nume.35.*

Abidan *Filius Gideoni princeps tribûs Ben Iamin, Nume.1.2.7.*

Abiram *Filius Eliab frater Dathan è tribu Ruben unà cum alijs seditionē mouit cōtra Mosen, & uiuus terra absorbetur, Nume.16.et.26. Deute.11. Psal.106.*

Abiud *Filius Serubabelis, Matth.1. putatur is esse, qui.1.Chroni.3. Hanaia appellatur.*

Abimael *Filius Iaktan, Genesis.10.*

Abieser *Filius Manasse, Iosuæ.17. per quem iussu Gideonis tota tribus Manasse aduocatur ad pugnam contra Midianitas, Iudic.6.1. Chroni.8.dicitur filius*

Molecheth

Molechcth sororis Gilead.

Fuit etiã eiusdẽ nominis Anthothites è filijs Iemini unus è fortibus Dauid. 2. Reg. 23. & 1. Chro. 12. 28.

Abi Noam pater Barak è tribu Naphthali. Iud. 4

Abiel De tribu Ben Iamin auus fuit regis Saul filij Kis. 1. Reg. 9. hic. 1. Chroni. 10. Ieiel dicitur.

Abiathar Ex Anathot filius Achimelech filius Achitob sacerdos domini, Marci. 2. solus euasit, dum Saul Nobe ciuitatẽ & sacerdotes perderet. 1. Reg. 22. mansitq; cũ Dauide. 1. Reg. 30. 2. Reg. 8. 1. Chro. 16. Iosephus lib. 7. cap. 5. antiqui. 2. Reg. 15. 20. hic à Salomone sacerdotio abijcitur. 3. Reg. 2.

Abisai Filius fuit Zeruiæ, quæ erat filia Isai, soror Dauidis, frater Ioab & Asahel, hic descendit cũ Dauid in castra Saul regis. 1. Regũ. 26. Idem inter fortes Dauidis computatur. 2. Reg. 2. 31. Paralip. 12. & 2.

Absalon Filius Dauid ex Maacha filia Thalmai regis Gessur. 2. Regum. 3. 1. Paralip. 3. Iosephus lib. 7. cap. 2. Antiquita. iuda. interfecit Amnon. 2. Reg. 13. & cum patris sui concubinis illicito coitu concumbit. 2. Regum. 16. à quercu pendens interit. 2. Regum. 18.

Abital Vxor Dauidis, quæ peperit ipsi Saphatiã. 2 Regum. 3. 1. Paralip. 3.

Absolom Pater fuit Maachæ uxoris Rehabeam. 2 Chro. 11. Hic alius dicitur fuisse ab Dauidis filio. Hierony. in Hebraicis quæstionibus teste.

Abigail Prudens & speciosa mulier, uxor Nabal

ſtulti, 1. Reg. 25. poſt cuius mortē facta eſt coniunx Dauidis, ibidem & 1. Paralippo. 3.

Fuit alia Abigail filia Nahas, qui & Iſai, ſoror Zeru Ia & Dauidis, 2. Reg. 17. 1. Paralip. 2. cū qua dormiuit Amaſa, Ioſeph. lib. 7. cap. 10. antiquita.

Abilene Regio, cuius tetrarcha fuit Lyſania. Lu. 3

Abner Princeps militiæ Saul, filius fuit Ner, qui Ner & Cis pater Saulis, fratres fuerunt. 1. Reg. 14. Ioſephus lib. 6. cap. 7. Iudai. anti. & 2. Samuelis. 3.

Abos quære infra Oboth.

Abraham natione Chaldæus, primus Iudæorū datur, cui promiſsio facta eſt, filius fuit Tharah, frater Nabor & Naran. Gene. 11. pius et fidelis homo, qui iuſſus egredi de terra, cognatione, & domo patris ſui in terrā Chanaan uenit, ubi promiſsionē Dei accepit Semen ſuū poſſeſſurū terrā iſtam, Gene. 12. Et cū fames eſſet in terra Chanaan in Aegyptū perrexit, ubi acceptis à Pharaōe donis rurſus in Chanaan rediit, Gene. 13. Confidēs in domino, percuſsit quatuor reges, Amraphel regē Sinnear, Arioch regem Ellaſar, Chodorlaomor regem Elamitarū, & Thideal regem gentiū, & liberauit fratrē ſuum Loth, Gene. 14. hic ex Sara uxore nonagenaria genuit Iſaac, Gene. 21. quē noluit ad Dei præceptū offerre in holocauſtum, Gene. 22. qua defuncta, Abraham duxit Cethuram in uxorem, quæ peperit ei Simram, Iakſan, Medan, et Midian, Ieſbac et Suah. Gene. 25. 1. Chroni. 1. Ex Hagar Aegyptia uero Iſmaelem

elem suscepit, Gene.16. Fuerunt autē dies uitæ Abrahæ centū sexaginta quinq; anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, profectæ ætatis & plenus dierū, congregatusq; est ad populum suū, & sepelierūt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Zoar Hethæi é regione Mamre, quam emerat à filijs Heth, ibi sepultus est ipse & Sara uxor eius, Gene.25. Lege si uoles plura in primo Mosis ab.11. capite usq; ad.25.1. Chroni.1. Esaiæ.41. & .51 Ezech.33. Iosua.24. Nehemiæ.9. Matth.1.3. 8. Ioan.8 Actorum.7. Roma.4. Gal.3. Heb,11.

Abrona, aliàs Hebrona, locus solitudinis 31. mansio filiorum Israel, Nume.33.

Acad Vrbs in campo Synear sub Nimroth imperio, Gene.10. Hæc Nisibis Hieronymo in quæstionibus Hebraicis est.

Achab Patre Amri natus, Israëlitarū rex peßimus Seruiuit Baal, uxorē quoq; peßimam duxit Isaebelem filiam regis Zidoniorū: Heliam persecutus est, & Prophetas domini occidit: postremo in prælio sagitta saucius diē obijt, atq; in Samaria, ubi.22. annis regno potitus est, tumulū habet.3. Reg.16.17.21. Micheæ.6. hic cum Iosaphat rege Iuda contra Syriæ tyrannū confœderatur.3. Reg.22. Huius filius Ahasia fuerat.

Fuit & falso Prophetæ filio Colaiæ hoc nominis, qui iussu regis Nabuchodonosoris est combustus, Hieremiæ.29.

Achas, qui aliàs Heliefer, Lucæ.3. patri Iotham.1. Paralip.3. in regno Iudæ 20. ætatis suæ anno succeßit impius rex. 4. Reg.16. Filium suũ igne crematũ, more gentiũ consecrauit. 2. Paralip.28. Cum uero Hierosolymæ.16. annis regnasset, uita functus est. Contra hũc Rezin Syriæ rex pugnauerat, Iesaiæ.7. Hic Achaz genuit Ezechiam, Matthæi.1.

Achaia Græcæ regio & pene insula: ipsa eum Aegeo, et Ionio cingitũ æquore, ab Isthmo incipit, De qua lege Pliniũ lib.4. capi.5. naturalis historiæ, Sẽ. abonẽ in.8. Ptolemæũ lib.3. cap.15, huius multa fit mentio in Actis Apostolorũ cap.18. & .19. similiter in Paulinis Epistois, Roma.15.1. Corinth.16.2. Corinth.1. &, 9.1. Thes.1. quod fideliter Euangelion receperit.

Achaicus fidelis homo in Corintho, cuius Paulus meminit.1. Corinth.16.

Achan, uel Achar, filius Charmi, filij Sabdi è tribu Iuda surripit de anathemate urbis Hiericho, ob quam causam lapidatur, et domus eius comburitur, Iosuæ.7. 1. Paralip.2.

Achbor Genitor Baal Hanam regis Idumæorum, Gene.36.1. Paralip.1.

Fuit et alius Achbor filius Michaia, amicus Iosiæ regis.4. Regum.22. quem genitorem Elnathan fuisse puto, de quo Hiere.26.

Achdiel Genitor Selemiæ, de quo Hiere.36.

Aceldemah, Hoc est, ager sanguinis, uelut Euangelistæ

gelistæ interpretantur, Matthæi.27. Acto.1. sepultura peregrinorũ extra Hierosolyma, pretio uẽditi Christi emptus, qui hodie monstratur in Aelia ad Australẽ plagã mõtis Zion, teste Hieronymo in locis Hebraicis

Achior ab Assyrijs relegatus duce Holoferne, ad Iudæos uenit, Iudith.5.

Achitophel, id est, frater stolidus è Gilo aliquãdiu Dauidis à secretis.1.Chro.28. Iste cum suũ consiliũ in cõiuratione Absolonis nõ opportune caderet aduersus Dauidẽ ob desperationẽ sibi gulam laqueo fregit, Nõ indignum sanè moribus factisq; suis exitium uitæ reperit.2.Regum.15.16.17.

Achila Collis ast, quære infra Hachila.

Achin Filius Sadoc, genitor Eliud in Christi genealogia recensetur. Matth.1.

Achimelech Filius Achitob sacerdos dei fuit in ciuitate Nobe Dauidi panes ꝓpositiõis manducãdos tradẽs.1.Reg.21. quẽ Saul p Doech Syrũ occidit.1.Reg. 22. Ioseph.lib.6.cap.13. Iudai.anti.hic.1. Reg.14. dicitur Achia.et.2.Reg.8..1.Para.18. Vide titulũ Psal.52

Achis Filius Maoch siue Maecha.3.Reg.2. Rex fuit Gath regionis Palæstinorũ corã quo Dauid simulauit insaniã..1 Reg.21. Iosephus lib. 6.cap.13. Iudai. anti. qui deinde Dauidi dedit Ziklag.1.Reg.27.

Achinoam de Iezrael uxor Dauidis.1.Regũ.25. 27.1.Paralip.3. captiua abducta ab Amelechitis.1.Samuelis.30.

Achmeta

Achmeta *Metropolis maioris Mediæ à Seleuco, ut inquit Volaterranus lib.12.seu, ut authori historiæ Iudith placet ab Arphaxato Medo condita, ibi reges, eò quod frigida sit æstiuare solent. Hæc Ptolemeo lib. 6.ἀχϐάτανα, Stephano uero interdum ἀγϐάτανα, interdum ἐχϐάτανα dicitur, Esræ.6.*

Aco *aliâs Accho, Vrbs in tribu Asser, Iudic.1. Postea Ptolomeis dicta Eusebio.*

Achor *Vallis in tribu Iuda, Iosua.15. ad septentrionē Hiericho haud ꝓcul à Gilgal à tumultu et Turbatione Israëlitici populi appellationē habēs, et nō ab Achan sacrilego, q illic lapidatus est ꝓpter Anathematis furtum, Iosua.7. Meminit huius Iesaias capi.65. Oseæ.2.*

Achsaph *Vrbs tribus Aser, cuius regē percussit Iosua, Iosuæ.11.12.&.19. Iudicū.1. Hæc Hieronymo Chasalus dicitur in octauo lapide Dioecesariæ ad radicem montis Thabor in campestribus sita.*

Achsa *Filia Caleb, datur Athnieli in uxorem. Iosuæ 15. Iudic.1.&.1. Paralip.2.*

Achsib *Vrbs tribus Iudæ, Iosuæ.15. Micheæ.1.*

Achsib *aliâs Aczíba urbs in tribu Asser, Iosuæ.19. Iudicum.1.*

Achran *Genitor Pagielis principis tribus Asser, Nume.1.&.7.*

Obseruabis Cādide Lector multa nomina, *quæ hic possent collocari, paulopost cū A literā*

K sequitur

K sequitur substitui, ne putes nos neglexisse plurima, quae itaq; hic desiderantur, inferius quaerēda sunt tibi.

Adam, id est, homo, prothoplastus, Gene.2. Iosephus li.2.cap.2. Iudaica.anti.uixit annis.930. Gene. 5. hic ab Adama, id est rubea terra, ex qua formatus erat uocabulum, sortitus est.1.Paralip.1. Primus praeuaricator praecepti diuini, Hoseae.6.1.Corinth.15. Huius filij fuerunt, Cain, Abel, Seth, Gene.4.

Adam Ciuitas à latere Zarthan, de qua Iosua.3.

Ada Vxor Lemech, Gene.4. Iosephus lib.1. cap.4. antiquita, cuius filij Iabal & Iubal fuerunt.

Ada Vxor Esau filia Elonis Hethaei, Gene.26.

Adama Vrbs Pentapoleos, Gene.10.&.14. Hoseae 11. qua ob incolarum libidinem in mares, deo uindice incendio absumpta est, Gene.19. Deute.29.

Est eiusdem nominis altera in tribu Naphthali, Iosuae.19.

Adaia Stirpis Ben Iaminis filius Simei.1.Chro.2.

Alius Adia sacerdos, filius Ieroam, qui habitauit in Hierusalem, 1.Chroni.10.

Alius genitor Maeseia centurionis.2.Chroni.23.

Adaia Filius Bani alienigenam uxorem repudiauit Esrae.10.

Alius Ioriarib filius. Nehemiae.11.

Alius filius Ierobam, Nehemiae .11. qui mãsit in Hierusalem.

Ada Ia Ciuitas est, cuius meminit liber Paralip.

Fuit

Fuit *eiusdē nominis genitor Iedida matris Iosiæ.4. Regum.22. & alius Leuiticæ tribus, filius Ethan.1. Chroni.7.*

Adara *Locus uicinus Iudæ, Iosuæ.15. Hieronymo in locis est quoq; alia uilla in finibus Diospoleos iuxta Thanniticam regionem.*

AdAda *Vrbs in tribu Iuda, Iosuæ.15.*

AdamiNeKeb, *aliâs Adami, quæ est Neceb urbs Haim tribu Naphthali, osuæ.19.*

Adad *Rex Idumeorum, quære infra Hadad.*

Addar *Filius Belæ nepos Ben Iamim.1.Chroni.7.*

Adar *Vrbs in tribu Ephraim. Iosuæ.16.*

Adalia *Filius Haman, Iudæorum hostis, à Iudæis interficitur. Ester.9.*

Ader *Filius Briæ stirpis Ben Iamim.1. Chroni.9.*

Adiel *Clarus uir è tribu Simeonis.1. Chroni.5.*

Alius *Filius Iahsera sacerdotis in Hierusalē.1. Chro.*

Adina *Filius Sisa è tribu Ruben princeps Rubenitarum, & fortis Dauidis.1 Chroni.12.*

Adithaim *Locus in tribu Iuda. Iosuæ.15. De quo Hieronymus in locis.*

Adin *Redux in terram Iuda è captiuitate Babylonica uenit Esræ.2. & cap.8. Nehe.7.*

Adin Ebed, *redux & ipse ex captiuitate. Esræ.8.*

Addi *Filius Cosam. Lucæ.3. fuit Ioahas rex Iuda, de quo infra.*

Adlai *Genitor Saphat, præfecti iumentorum Dauidis*

uidis.1.Chronicorum.28.capite.

Admatha Sapientum quidam fuit Ahasueri regis Persarum, Ester.1.

Adna é dimidia tribu Manasse, Dauidis socius.1. Chro.13. Alius princeps & custos Iosaphat,2.Chro.17

Adna Filius Pahab Moab uxorem alienã separauit à se,Esrę.10.

Adonia, Filius Dauid ex Hagith.2.Reg.3 1.Paralip.3.Iosephus lib.7.cap.1.antiquitatum Iuda.affectat regnum.3.Reg.1. Postea Salomonis iussu à Banaia occiditur. 3.Regum.2.

Adonia Primas populi Iudaici in Hierusalem post Babylonicam captiuitatem,Nehemię.10.

Adonia Leuita,qui cum alijs emissus fuit à Iosaphat ad docendum populum legem Dei.2. Chro.17.

AdoniKam cum suis é Babylonica captiuitate in Iudęam uenit,Esrę.2. & cap.8. Nehemię.7.

Addon Proselytus ex captiuitate redux, Esrę.2. Nehemię,7.

Adoniram Filius Abda tributarius Salomonis.3. Regum.4.&.5.

Abonizedech rex Hierusalem,Iosuę.10.

AdonibeseK Rex Besek, urbis Chanaan insignis tyrãnus,hic LXX.regibus amputauit manuũ pedũq; summitates,fecitq; colligere panem sub mensa eius.Sed sicut fecit,sic reddidit illi Dominus. A Iuda enim captus,& pręcisis summitatibus manuum & pedum in

Hierusalem moritur, Iudicum primo.

Adoraim *Ciuitas est Iudæ à Rehabeam rege magnificis exornata ædificijs, 2. Chroni. 11.*

Adoram *Fuit quæstor, siue à tributis Dauid, 2. Regum. 20. idem fuit super tributa regis Rehabeam, lapidatus à populo, 3. Regum. 12. 2. Chroni. 10.*

Addo, *Videns prophetauit contra Ierobeam filium Mebat, 2. Chroni. 9. Vide infra Ieddi.*

Adria, *Vide infra, H.*

Adrumetũ, *Mosiæ ciuitas est, Stephano autore de urbibus. Est & Adramittis Lyciæ insula. Adrumes uero Aphricæ, uelut Hieronymus autor est, unde Adrumetina nauis, qua Paulus uehebatur, Acto. 29. uide infra H*

Adramelech, *idolum Sepharuaim, cui suos filios comburebant, 4. Reg. 17. fuit & hoc nominis filio Sanneherib regis Assyriorum, qui patrem percußit gladio in templo Nisroch, 4. Reg. 19. Iesaiæ. 37.*

Adriel *Filius Barsillai Mehobathites gener Saulis, maritus Merob, quæ Dauidi promissa erat, 1. Regũ. 19. & 2. Regum. 21.*

Adulla, *aliâs Odolla ciuitas regni Chanaan, Iosuæ. 12 in tribu Iuda, Iosuæ. 15 iuxta quam Dauid abscondit se in speluncam, 1. Regum, 29. Iosephus lib. 6. capi. 13. Iudai. antiq. & 2. Regum, 23. 1. Chroni. 12. & 2. Chro. 11. Micheæ. 1. Nehemiæ 11.*

Adumim *Locus in tribu Iuda, Iosuæ. 15. 18. De quo loco lege multa apud Hieronymum in locis Hebraicis,*

qui pu-

qui putat esse desertum illud, ubi homo incidit in latrones, Lucæ. 19.

Aegyptus ad occidentem Iudeæ sita, Aphricæ regio est. Plinius tamen lib. 5. cap. 9. naturalis historiæ, & Pomponius Mela in primo Asiæ attribuunt, proxime Aphricam, hæc ab oriente iungitur Assyriæ & mari rubro: ab occidente habet Libyam atq; Cyrenen: à meridie limitem, qui Sienem ab Aethiopia dirimit, atq; Oceanum: à Septentrione mare magnũ Sinumq; Arabicum & terram ad Syriam usq; irrigatur Nilo. autores sunt, Iosephus lib. 5. ca. 11. de bello Iudaico. Aegesippus lib. 4. inferiorem eius partem Nilus dextra leuaq; diuisus æmplexu suo determinat. Ideoq; insulam quidã dixerunt Aegyptũ, ita se findente Nilo, ut tripetrã terræ figuram efficiat. Ideo multæ græcæ literæ uocabulo Δ Deltam appellauere Aegyptũ, ita Plinius li. 5. cap. 9 & Strabo lib. 17. Ptole. lib. 4. cap. 6. Ammia. Marcel. li. 22. Oppida insignia, Saijs, Memphis, Siene, Bubastis, Elephantis, Thebæ, Alexandria, Pelusium, testis Mela in. 1, Canopus. Bolbis, Sobennis, Pathmis, Mendes, Tanis. Vide Raph. Volater li. 12. Geographiæ. Non est aũt negligendũ Aegyptum prophetis appellatã Mizraim à filio Ham, eiusdem appellationis. Iosephus lib. 1. ca. 12 anti. Iudai. Mersin & Mesraim nominatã refert. Hac quondã Aëria dicta est uelut Eusebius in Chronicis annotauit, Huius mẽtio multa est in prophe. Iesa. 19. Amos 9, Naum. 3, Psal, 68, Adde quod Psal. 78. & 105. dicitur

Aegyptus Ham quod eius filius Mizraim occupauer Aegyptuum, In Aegypto Iudæi 400.annos peregrini fuerunt, Actorum.7.

Aethiopum,*Regio ab Indo flumine consurgēs, iuxta Aegyptū, inter Nilum & Oceanum, & in meridie sub ipsa solis uicinitate iacet, Gens ipsa uniuersa primis Etheria appellata est, deinde Atlantia mox à Vulcani filio Aethiope Aethiopia, autor est Plinius histo.mundi lib.6.cap.30. Multa de hac congeßit Raphael Volaterranus lib.12. Geographiæ, quē consule, Similiter Ptolemeū lib.4.ca.7. Pliniū in.5.cap.8. Vbi quoq; de duabus Aethiopijs clarißime legis, Ezech.29.& 30. Amos.9. Naum.3. Zepha.2. Vide & infra Chus, Ester.2. Psal.68*

Aethiopissa,*Mosis uxor, propter quā Miriam & Aaron oblocuti sunt Mosi, Nume.12.*

Aenon,*iuxta Salim oppidum haud longe à Iordane ubi baptizabat Ioannes, sicut Ioan.3: scriptum est. Hieronymus in locis Hebraicis ad suam ætatem locum in octauo lapide Scytopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem esse memorat.*

Aeneas,*Paraliticus octo annorū in lecto decubuit, Lyde oppido Palestinæ quem Petrus sanauit, Acto.9.*

Sunt *adhuc plura nomina propria in Ae diphtongon quæ infra E litera collocauimus, istuc te remittimus Lector.*

Agag *Rex Amelechitarum pinguißimus, quem Samuel in frusta cōcidit, in Gilgal, qđ pepercisset ei Saul contra*

contra Domini præceptū, 1 Reg. 15. Iosephus lib. 6, ca. 9 Iudaica antiquit. De hoc etiam Nume. 24. fit mentio.

Agad *Hieronymo in locis Hebraicis sita est ad radices montis Hermon.*

Agar *Aegyptia Abrahæ ancilla, Gala. 4. Vide infra Hagar, Inde Hagareni Arabiæ populi, aliâs Ismaëlitæ appellati, hodie Sarraceni, Agarenorū mētio ē, Psal. 83*

Agabus *Propheta Hierosolymitanus spiritu multa significauit, tum discipulis, tum Paulo, de tribulatione & famē, quæ futura erant illis, Lege Actorū. 11, & 21. Vide Eusebium lib. 2 cap. 5. & 8. ecclesiast histo.*

Age *Hararites pater fuit Sammæ fortis Dauidis, 2. Regum. 23.*

Agia *Filius Ebud è tribu Ben Iamin, 1. Chro. 9.*

Agrippa *Filius fuit Agrippæ Herodis, quem Claudius Imperator Iudæorum regem constituit, coram quo & Paulus apostolus accusatus fuit, Acto. 25. & 26. De hoc Eusebius lib. 2. cap. 20. Ecclesiasticæ historiæ.*

Ahaſia *uel* Achas Iahu, *seu ut noster Latinus textus habet Ochozias post patris Achab mortē, regium apud Israëlitas est adeptus imperium, inter prauos impiosq; numeratur reges: Consuluit enim Baal Sebub, & ambulauit in uia patris sui, sine herede, in Samaria altero regni anno est extinctus à Iehu. 3. Regum. 22. & 4. Regum. 1. 2. Chroni. 20*

Fuit *item alius eodem nomine, atq; iisdem penè moribus, sed Iudæ rex patre Ioram, 1. Paralip. 3. matre uero*

Athalia editus, Qui. 22. ætatis anno ad summa imperij fastigia peruenit, 4. Reg. 8. At post infelicem pugnam mœrore & solicitudinibus, confectus primo regni anno uita excessit. 4. Reg. 9. Hic porrò in libro Regũ & Paralipomenon historia interdum Asaria, interdum Ieoachas appellatur. 2. Paralip. 22. 4. Regum. 15.

Ahasuerus Rex Persarum atq; Medorũ, qui regnauit ab India usq; Aethiopia super centum, uigintiseptẽ prouincias, Ester. 8. Et præfuit imperio uiginti annis in castro Susan habitauit. Hic à Metasthene Persa Artaxerxes Assuerus uocatur, Lege de ipso Ester. 1. Danie. 9. Iosephum lib. 11. cap. 6. antiquita. Iudaicarum.

Ahalibama Ciuitas Idumeorũ principum, fortasse à Ahalibama uxor Esau, filia Ana filij Zibeonis, Gene. 36. nomen sortita, 1. Paralip. 1.

Ahasbai Filius Macchathi, genitor Eliphelet fortis fuit Dauidis, 2. Regum. 23.

Ahastari Filius Ashur ex Naera uxore de tribu Iuda, 1. Paralip. 4.

Aharhel de tribu Iuda Filius Harum, 1. Paralip. 4. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis scribit hunc esse Obab, & Harum Iethro.

Ahas è tribu Ben Iamin, & filijs Saul, filius Michæ, 2. Chronico. 9.

Ahaio, aliàs Ahio dictus, filius fuit Ieïelis patris Gibeon ex Maecha uxore. 1. Chronico. 10.

Ahaliab Filius Ahizamach de tribu Dan insignis artifex,

tifex, qui tabernaculũ Mosi, & alia edificia atq; instru menta unà cũ Bezaeele fabrefecit, Exo.31.35. Fuit enim egregius lignorũ artifex, Polymitarius, atq; plumarius hyacintho, purpura, cocco bis tincto & bysso, Exo.38.

Ahala turpißimæ meretriculæ nomen, per quam Pro pheta Samariam intelligit, quæ à Deo cœli fornicata est Ezechielis.23.

Ahaliba soror Ahalæ, & ipsa impudens meretrix quæ Hierusalem intelligit propheta, Ezech.23.

Ahban Filius Abisur ex Abihail uxore, frater Me= lid è tribu Iuda.1. Chroni.2.

Ahelab aliàs Alab urbs in tribu Aser, Iudicum.1.

Aheua Fluuius est, cuius multa fit mentio apud Es/ ram, capite.8.

Ahelai Filius Sesan.1. Parali.2. ipse est Elimelech pa ter Mahelon & Chilion, inquit Hiero. in quæsti. Hebr.

Ahelai genitor Sabad robusti Dauidis.1. Chroni.12.

Aher Filius Ben Iamiticæ tribus, 1. Chro.8.

Ahean Filius Semida è tribu Manaßis, 1. Chroni.8.

Ahia, siue Achias filius Achitob, filij Pinchas, filij Eli sacerdos fuit Domini in Silo tempore Saulis.1. Reg.14. hic deinde, 1. Reg, 21. dicitur, Ahimelech, quod etiã Hie/ ronymus in quæstionibus Hebraicis monuit.

Fuit & alius Ahia propheta de Silo, qui prædixit Ie/ robeam regnum.3. Regũ.12.11.14.2. Paralip.10. Hic edi dit librum tali titulo, Prophetia Achiæ Siloneum, quæ nostro tempore desideratur.2. Para.9.

Ahia Filius Ierahmeelis nepos Hezronis.1.Paralip.2

Ahia Genitor Baesa regis Israël,3.Reg.15, Iosephus hunc Meheli uocat lib.8.cap.12.antiq. Iudaicarum.

Ahia Pelonites inter robustos Dauidis recensetur.1.

Ahia Leuita super thesauros domus Domi (Chro.12 ni fuit,1.Chronico.27

Ahia quidam primus Iudaici populi libertati à Babylonica seruitute,Nehemiæ.15.

Ahiam Filius Sarar Hararites robustus fuit Dauidis,2.Regum.23.1.Chroni.12.

Ahila Filius Sisa,fuit scriba Salomonis,3.Regum.4.

Ahisar Filius Nathan, fuit præpositus domus,siue Oeconomus Salomonis,3.Regum.4

Ahitob Filius Phinees,filij Heli frater Icabob,cuius filius Abia sacerdos Domini in Silo, tempore Saulis fuit,1.Regum.14

Fuit etiam alius Ahitob filius Zadok,2.Regum,20. de tribu Leui,1.Chroni.7.&.10

Ahiman Ianitor domus dominicæ in Hierusalem,1. Chronicorum,10

Ahiman filius Enak,filij Arba à Caleb pulsus,Iosuæ 15.Iudic.1.hic habitauit in Hebron ciuitate,Nume.13.

Ahinoam siue Achinoem,uxor fuit regis Saul,filia Ahimaaz,1.Regum.14

Fuit eiusdem nominis,uxor Dauidis,mater Amnon, 1.Paralip.3.&.2.Regum.3.

Ahimaaz,seu Achimaas fuit Genitor Ahinoam uxoris

Uxoris Saul.1.Regum.14.

Ahimaaz é stirpe Leui filius Zadok sacerdotis Dauid.2.Regum.15.pater Asaria,1.Chroni.7

Ahimaaz præfectus Salomonis super tribum Naphtali,habuit quoq; Basmath Salomonis filiam in uxorē, 3.Regum.4.Iosephus lib.8.cap.2.antiq.

Ahimelech Hetheus fuit cū Dauide in persecutione,1.Reg.26.Hieronymus in quæst.Heb.hunc Vriam esse dicit maritum Bathsebæ.

Alius Sacerdos Dauidis filius Ithamar,nepos Aarō 1.Chr.25.Alius est Abimelech filius Abithob,De quo s̄

Ahio Filius Abinadab frater Vsæ,cū quo fratre plaustrum,cui arca imposita,reduxit ipse in Gabaa in domum Obed Edom.2.Reg.6.

Alius de stirpe Ben Iamin filius Ieiel patris Gibeōis 1.Chroni.9.10.

Ahilud Filius Iosaphat à cōmentarijs fuit Dauidis 2.Reg.8.20.Est eiusdē nominis pater Bacna.3.Reg.5.

Ahi Nadab Filius Iddo præfectus Salomonis in Mahanaim.3.Regum.4.

AhiKam Filius Saphan Iosia regis amicus fuit.4. Reg.22.2.Chroni.34.Hic habuit filium Gedaliam principem populi Iudaici.4.Reg.25.hic solus astitit Hieremiæ,dū psequetur à sacerdotibus,Hiere.26.&.ca.39.

Ahi Filius Abdiel filij Guni princeps in tribu Gad. 1.Chroni.6.

Alius Filius Somer è stirpe Asser.1.Chroni.8.

Ahimoth *Leuiticæ stirpis homo filius Elkanæ.1. Chronicorum.7.*

Ahieser *Filius Semaa Gibeathitis è tribu Ben Iamin Dauidis adiutor.1. Chroni.13.*

Alius *Ammi Sadai princeps tribu Dan, Nume.1.et.7*

Ahisahar *Ben Iamiticæ tribus uir, filius Iediëlis.1. Chronicorum.8.*

Ahihud *Filius Gera tribus Ben Iamin.1.Chroni.9.*

Ahisamach *De stirpe Dan Genitor fuit Ahaliabis magistri tabernaculi, Exod.31.&.35.*

Ahira *Filius Enan princeps militiæ tribus Napthali Numeri.1.&.7.*

Ahiram *Filius Ben Iamin, à quo familia Ahiramitarum, Nume.26.1.Chro.9. Hic interprete Hiero. in traditionibus, is est qui Gera appellatur, Gene.46.*

Ahohi *Auus fuit Eleasaris fortis Dauidis,2.Reg.23 1.Paralip.12. hunc fratrem Isai fuisse refert Hierony. in quæstionibus Hebraicis.*

Fuit *preterea patria Zalmonis robusti Dauidis.2. Regum.23.*

Ahoah *Filius Belæ filij Ben Iamin.1.Chro.9.*

Arah *seu Ahiram filius Ben Iamin, Nume.26.1.Chronico.9. Hic Gene.4.6. Gera appellatur, Hieronymus in quæstionibus Hebraicis testis.*

Ahusath *Amicus fuit Abimelech regis Palestinorũ, Genesis.26.*

Ahumai *Filius Iahath de stirpe Iuda,1.Paralip.4.*

Ahusam

Ahusam *de tribu Iuda filius Ashuris ex Naere uxo re*, 1. *Paralip.* 4.

Ahusai *Filius Mesillemoth Ben Iamita sacerdos in Hierusalem*, *Nehemiæ*. 11.

Ai *Ciuitas Amorræorũ trans Iordanẽ supra Iericho sita, iuxta Bethauen, ad orientalẽ plagã oppidi Bethel, non longe ab eo distans, altera quæ à filijs Israël duce Iosua expugnatur post Iordanis transitũ, Iosua.* 7. *et.* 12 *cuius ciues.* XXXVI. *homines ex Iudæorum exercitu iuxta Sabarim percusserunt, huius regem suspenderũt filij Israël, Iosua.* 8. *Hæc Iesaiæ.* 10. *Aiath appellatur, Hieron. in locis Hebr. Agai quoq; appellat. Huius men tio habetur etiã Gene.* 12. *Hiere.* 49. *Iosua.* 12. *Esræ.* 2.

Ain *Ciuitas est in termino Iudæ ad orientem, Nume.* 34. *quam tribus Iuda atq; Simeonis sorte accepit, Iosua* 15. & 19. 1. *Chro.* 5. *quæ deinceps Leuitis est tradita, Io- sua.* 21. *iuxta hanc Saul produxit exercitum contra Phi lystijm,* 1. *Samuelis.* 29. *Hierony. Bed hen nim dicta.*

Aiath *Est ea urbs quæ Hebræis uocatur Ai, meminit Iesaias cap.* 10. *per quam Saneherib transijt oppugnatu rus Hierusalem, Nehe.* 7. *fit eiusdem mentio.*

Aia *Parens fuit Rizpæ concubinæ Saulis.* 2 *Reg.* 3. 21

Aia *Filius Zibeonis principis Horræorum, Gene.* 34. 1. *Paralip.* 1.

Aia *Ciuitas in sorte filiorũ Ephraim.* 1. *Chro.* 8. *Alia in tribu filiorum Ben Iamin, Nehemiæ.* 11.

Ailat *in extremis finibus Palestinæ iuncta meridianæ*

solitudi

ſolitudini, & mari rubro. De hac plura Hierony. in quæſtioni. & locis Heb. infra Elath appellatur.
Aioth Iudex in Iſraël, quære infra Ehud.
Aialon Vallis in tribu Ben Iamin.1. Chro.9. ſupra quam Luna, orante Ioſua duce, Hebræorũ ſtetit, donec ulciſceretur ſe gens Iſraëlitica de Amorræis, Ioſua, 10. Eſt & urbs in tribu Dan, Ioſua.19. Iudi.1. Leuitis conceſſa, Ioſua.21 1. Chroni.7.
Eſt alia in tribu Sebuloo, ubi ſepultus fuit Elon, iudex, Iudic.12.
AKan Filius Ezer principis Horræorum in Seir, Gene.36.1. Paralip.1.
AKrabbim Locus tribus Iudæ, Latinus textus habet aſcenſum ſcorpionis, Ioſuæ.15. Iud.1 de quo Hieronymus in locis Hebr. qui confinium Amorræorũ Acrabitenen dictum refert.
AKron ſiue Accharon, urbs ad ſeptentrionem tribus Iudæ. Ioſuæ.13.15.
AKub Filius Elioenai.1. Paralip.3.
Alius eiuſdem nominis, ſed tribus Leuiticæ, ianitor domus domini poſt Babylonicam captiuitatem.1. Chroni.10. Eſræ.2. Nehemiæ 11. cantor dicitur, fuit etiã ex Nethinim ibidem. Nehemiæ.7. & .8.
Ala Melech aliâs Elmelech urbs in tribu Aſſer. Ioſuæ 19.
Alameth Filius Becher filij Ben Iamin.1. Chroni.8.
Alchimus Impius homo dolo extorſit ſacerdotium

à Demu-

à Demetrio rege 1. Macha. 7.

Alemeth Ciuitas tribus Ben Iamin filijs Aaron adnumerata. 1. Chroni. 7. aliâs Almon dicta. Leuit. 21.

Alemeth Filius Iaerae de genere Saulis. 1. Chroni. 10 uidetur esse, qui aliâs Amelech dicitur. 1. Chro. 9.

Alexandria, Aegypti ciuitas quondam No. Hiere. 46. Ezech. 30. dicta inter Aegyptum, Aphricam. et mare quasi claustrum posita, ab Alexādro magno, Plinio in. 5. cap. 10. condita in Aphricae parte. De hac nō pauca Volater, lib. 12.

Alexander Faber ferrarius multis modis Paulo obstitit, ne libere Euangelion praedicaret, De quo lege. 1. Timoth. 1, & 2. Thi. 4.

Alexander Frater Rufi, filius Simonis Cyrenaei, qui è agro rediens. Christo crucem ferre à Iudaeis coactus erat, Marci, 15.

Alexander Pontifex Hierosolymitarum, conspirās una cū Anna, Caiapha & Ioanne, Apostolis Euangelij praedicationem interdixit. Acto. 4.

Alexander Iudaeus in seditione Ephesina ꝓductus in theatrum. Acto. 19.

Alexandrini è synagoga Iudaeorum priuatae sectae homines, qui Stephano resistebant. Acto. 6.

Almodad Filius Iectan. Gene. 10. & 1. Para. 1. Iosephus lib. 1. cap. 14 antiquita.

Almon Vrbs Leuitarum in tribu Ben Iamin, Iosue 21. haec aliâs Alemeth dicitur.

Almon Diblathama, aliàs Helmon deblathaim quadragesima fuit mansio filiorũ Israël in heremo, Nu. 33.

Allophylí, Id est alienigenæ Græcis uocantur, qui Hebræis Philistijm siue Philistæi, Psal. 60.

Alon Bachut, Id est quercus fletus locus sepulchro Deboræ nutricis Ribcæ uel Rebeccæ inclytus, Gene. 35

Alon More, Id est quercus seu quercetũ more, locus, cuius Moses meminit, Gene. 19. Latinus codex habet conuallẽ illustrem, Græci δρῦν ὑψηλὺν, id est quercum altam, Deute. 11. nemoris more fit mentio.

Aloth Ciuitas, cuius meminit liber regnorũ, 3. Reg. 4

Alphæus Fuit genitor Iacobi apostoli, Matth. 10, Marci, 3, Lucæ. 6. Actorum. 1. Marci, 2, & Leui, qui est Matthæus Alphæi filius appellatur, Marci. 2.

Allus Regio Idumæorum, quæ nunc Gabalenæ dicitur, uicina Petræ ciuitati, Hierony. in locis Hebraicis.

Alus Fuit decima mansio filiorum Israël in deserto, Nume. 33. Hieronymus in 42, mansionibus credit eam sub Sin eremo contineri.

Alua Ciuitas Idumæorum, huius recordatur Gene. 36 1. Paralippomenon. 1.

Alvuan Filius Sobal filij Seir Horræi princeps Horreorum, Gene. 36. 1. Paralip. 1.

Amath, seu Aemath (sicut scribit Hierony. in quæst. Hebr) usq; ad nostrũ tempus, tam à Syris, quàm ab Hebræis, ita ut apud ueteres dicta fuerat, appellatur hanc Macedones, qui post Alexandrum in oriente regnauerunt,

runt, Epiphaniam nuncupauerũt, Nonnulli Antiochiã in qua discipuli Christi primum Christiani appellati sunt, Actorum.11. ita appellatam putant: Alij licet non uere, tamen opinionẽ suã quasi uerisimili uocabulo cõsolantes Emath primã ab Antiochia mansionẽ Edessam pergentibus appellari putant, & eandem esse, quæ apud ueteres dicta sit Emach. Et fuit terminus Chananæorũ ad Aquilonẽ, Nume.34. Ezech.47. Iosua.13. à Sidone, donec uenias in Gerara, usq; ad Gazam et pergentibus Sodomam & Gomorrã, et Adamam, et Seboim usq; ad Lasan, hæc Hieronymus Hamath Antiochia, Cilicia, Taurus, & Armenia dicitur.

Amal, Filius Helem é tribu Asser.1. Chroni.8.

Amasia, Filius Sichri consecratus domino princeps & custos Iosaphat regis.2. Chroni.17.

Amasia, Sacerdos Bethel tẽporibus Ierobeam regis Israel, & Amos prophetæ, Amos.7. qui Amos prophetam etiam frequenter plagis affixerat.

Amazia, Rex Iudæ matre Iehoadan.1. Para.3. Patre uero Ioas prognatus, paternum uigesimoquinto suæ ætatis auno obtinuit regnũ, summus impietatis hostis. 4. Reg.14.2. Para.25. Porrò suorũ erga se cõspiratiõe animaduersa, è Hierosolyma in Lachis se recepit, ubi postea à cõiuratis, uita priuatus est. 4. Reg.14. Hic alias Ioachas uocatus est.2. Chro.21. & Leui, Lucæ.3.

Amazia, Pater Iosa clari uiri tribus Simeonis.1. Chro.5. Fuit alius è stirpe Leui filius Hilkia.1. Chro.7.

Amasi-

Amasai, *Filius Elkanæ tribu Leuiticæ.1. Chroni.7. Psaltes Dauidis,1.Chro.17. Alius eiusdem nominis Dauidis adiutor et princeps inter triginta.1.Chro.15.*

Alius *filius Asareel Ben Iamita habitauit in Hierusalem, Nehemiæ.11.*

Amasa *Filius Iethra Iezraelitæ è Abigail.1.Para.2, ab Absolone princeps exercitus constituitur: hic consobrinus fuit cum matre sua Abigail filia Nabas sorore Zeru Iæ matre Ioab.2.Reg.17. & à Ioab gladio interimitur.2. Regum.20.*

Alius *eiusdem nominis princeps filiorum Ephraim, filius Hadlai,2.Chroni.28.*

Amaria, *Bani filius, qui uxorem alienigenam repudiauit, Esræ.10.*

Amaria, *Filius Meraioth è stirpe Leui.1.Chroni.71. Esræ.7. Alius eiusdem stirpis, & nominis filius Hebronis filius Kahath.1.Chro.24.*

Alius *Sacerdos et pōtifex sub rege Iosaphat 2.Chroni.19. Alius Leuites sub Iehiskia rege.2.Chro.11.*

Alius *filius Hiskia auus Zephanio propheta. Sopho.1. Alius sacerdos post captiuitatem Babylonicam. Nehemiæ.10.*

Amam, *Vrbs tribus Iudæ. Iosuæ.15.*

AmaleK, *Ex Thimna concubina filius Eliphas, filij Esau, dux fuit in terra Edom, unde & gens ab ipso nomen habet. Gene.36,1, Paralip.1. quæ primo cōtra Israel in deserto Arabiæ pugnauit, à Iosua uicta. Exo.17.*

Nume-

Nume.24.Deute.25. Vnde mansit odium inter ipsos perpetuum,1.Samuelis.14.15.

Amalechites, aliàs idumea regio in deserto ad meridiem Iudeæ trans urbem Petrā prætereūtibus Ailam ad Amalek dicta, cuius & scriptura recordatur dicēs, Amalech habitat in terra ad meridiem, Numeri.13. Sed & iuxta eum alius Chananæus habitabat, Exo.17. qui & dimicauit contra filios Israël in deserto, De quibus ita scribitur Amalechites & Chananæus habitabant in uallibus, Nume.14. Ibidem dicuntur in montibus habitasse, quos oppugnauit Saul rex, 1.Reg.14. Psal.83.

Amma collis in tribu Ben Iamin iuxta Giah & Gibeon, ubi Asahel frater Ioab confossus fuit ab Abner, 2 Regum.2.

Amana Damasci flumen, 4. Regum.5.

Amanath, uel Amanus Ciliciæ mons, in quo oppidum Bomite est: hic à Syris (ut Plinius inquit lib.5.ca. 22.) Ciliciam separat, huius mentio fit, Cant 4.

Ameleth è filijs Saul de tribu Ben Iamin filius Ioadda, 1.Chro.9. Deinde uidetur dictus Alemeth, 1.Chr.10

Amead urbs tribus Asser, Iosuæ.19.

Ami è seruis fuit Salomonis redux in Iudæam ex captiuitate Babylonica, Esræ.2.

Amithai de Gath Hepher ciuitate tribu Sebulon, pater fuit Ionæ prophetæ, 4.Reg.14. Ionæ.1.

Ammihud filius Laedan è stirpe Ephraim abauus, Iosuæ ducis Hebræorum, 1.Chro.8. genitor Eliab prin-

cipis tribus Ephraim,Nume.1,& .7. *Alius eiusdem nominis filius* Amri *de stirpe* Iudæ,1.Chro.10. *Alius è tribu* Simeon *genitor* Samuelis,Nume.34. *Alius pater* Pedahelis *principis tribus* Napthali,Nume.34.

Ammihud *genitor fuit* Thalami *regis* Gessur .2. Regum.11.

AmmiSahad *filius* Benaiæ *princeps militiæ* Dauidis,1.Chroni.28.

AmmiSadai *genitor* Ahieser *principis tribus* Dan Numeri.1.2,&.7.

Aminadab *filius* Aram *in* Aegypto *natus pater* Nahesson *principis tribus* Iudæ & Elisebæ *uxoris* Aaronis.Nume.1.7.&.10.Exodi.6. Ruth,4.1.Chroni.2. Matthæi.1.Lucæ.3.

Alius *filius* Kahath *è tribu* Leuitica.1.Croni.7.16. *Iste* Amminadab *ipse est, qui* Numeri.16.Iezebar *scribitur pater* Korah.

Ammiel *filius* Gemalli *è tribu* Dan,*fuit unus è* XII *quos* Mose *ad explorandam terram* Chanaan *præmiserat*,Numeri.13.

Ammiel *pater* Machir.2.Regum.9.& cap..7.

Fuit *eiusdem nominis auus* Batsebæ & *pater* Sua.1. Paral.3.*Alius è* Leui *ianitor templi filius* Obed Edom 3.Chroni.27.

AmoK *sacerdos redux è captiuitate* Babylonica, Nehemiæ.12.

Amon *filius* Loth *è filia natus*,Gene.19. *à quo descende-*

ſcenderunt Amonitæ ad orientem Iudææ ſiti ultra Arnon flumen uerſus Aquilonem poſiti: quorum regio terra Rephaim reputata eſt Deute.2. qui falſo accuſabant filios Iſraël, quaſi tuliſſent patrẽ terræ ipſorum, Iudi. 11. hos Saul oppugnauit, 1. Reg.14. contra illos prophetarunt prophetæ, Hieremiæ.49. Ezech.21.25. Amos.1. Sopho.2. Pſalmo.83.

Eſt etiam Amon trans Iordanem in tribu Gad. Ioſuæ 13. nobilis Arabiæ ciuitas, quæ deinceps à Ptolemeo Philadelpho, Philadelphiæ nomen accepit, Autor Stephanus. Vide de eadem Hierony. in locis hebraicis.

Amon rex Iudæ, aliàs Helmadam, Lucæ.3 appellatus, matre Meſulemeth, patre uero Manaſſe.2. Paralip. 3. genitus multis tam flagitijs, tum facinoribus coopertus, uitæ.24. regni autẽ altero anno, à ſeruis conſpiratione facta, interficitur. 4. Reg.21, & .2. Para.33. huius filius fuit Ioſia, Hiere.1, hic genuit Ioſiam, Matth.1,

Amon, ſiue ut habet Ioſephus li.8. cap.14. antiq. iudaica. Achamus princeps ciuitatis Samariæ, cuius cuſtodiæ traditur Michæas uinctus.3. Reg.22 et.2. Chr.18

Amos propheta de Thekoa tribus Iudæ oppido, qđ ſex miliaribus diſtat à Bethleem, paſtor Thekoites prophetauit temporibus Vſiæ regis Iuda & Ierobeam filij Ioas regis Iſraël, Amos.1.

Amoz genitor fuit Ieſaiæ prophetæ.4, Reg.19.20. Ieſaia.1. hic non fuit Amos propheta Thekoites, ſed alius, Recenſetur quidem Lucæ,3. in Chriſti genealogia,

Nahum filius Israëlitici populi princeps Philoni Syrach cognominatus.

Amnon filius Dauid ex Abinoam Iesraelitide.1.Paralip.3.3.Reg.3.Iosephus lib.7.cap.1.Iudaiaca. antiq. hic Thamar sororem suam stuprauit.2.Reg.13. & ab Absolone peremptus est.

Amnon filius Simeonis è tribu Iudæ uiri.1.Para.4

Amonai,aliàs Hemona urbs in tribu Ben Iamin, Iosuæ.18.

Amorræus filius Chanaan,Genesis.10.à quo gens Amorræorum descendit.1.Para.1. Gene.15.ad orientē Iudææ habitans.Amorræam Moses duabus & dimidiæ tribui distribuit,Iosephus lib.5.cap.3.Iudai.antiq.

Amorræi habitarunt trans Iordanem ad orientem Iudææ,Iosuæ.5.&.24.in montanis,Nume.13.horum reges fuerunt Sihon & Og ab Israëlitis interfecti,Numeri.21.Deute.3.Amos.2.

Amorræi artauerunt filios Dan ad montana, nec passi sunt eos habitare in campestribus. Iudicum.1.

Amplias pius homo & dilectus frater Pauli,quem dulci salutatione alloquitur,Roma.16.

Amphipolis ciuitas Macedoniæ,per quā etiā Paulus profectus est,Acto.17,De qua Volaterranus li.8. Geographiæ,primum Nouemuiæ appellata:Stephanus Gradennam & Ariadraomū antiquitas uocatam dicit Alia eiusdem nominus in Syria apud Euphraten à Seleuco condita,quam Turmedam Syri uocant hæc Raphael

phsel Volaterran. lib. 8. titulo de Macedonia.

Amram filius Kahath filij Leui genuit ex Iochebed filia Leui uxore sua, Aaronē, Mosen. & Mir Iam, Exo. 6. Nume. 3. 26. 1. Chro. 7. 24. Hiero. in Hebr. quæst. hunc eundem dicit esse, qui Esra. 1. Chroni. 4. dicitur. Ab illo orta est familia Amramitarum, Numeri, 3.

Amram filius Bani alienigenam uxorem repudiauit, Esræ. 10.

Amraphel Rex Sinear, Gene. 14. qui aduersus reges Sodomorum bellum gessit.

Amri filius Becher, filij Ben Iamin. 1. Chroni. 8. Alius è stirpe Iudæ filius Imri. 1. Chro. 10.

Amri Rex Israëlitarū, quàm flagitiosissimus fuit: hic condita Samaria ciuitate. XII. regni anno quod populi consensu adeptus erat, perijt. 3. Regum. 16: Micheæ. 6. Iosephus lib. 8. cap. 12. anti. Iuda. hunc Amarim uocat.

Amri filius Michael princeps tribus Isascharis sub Dauide. 1. Chroni. 28.

Amunim cum Moabitis & Ammonitis contra Iosaphat pugnat, 2. Chro. 20. quos putant fuisse Idumæos quod eodem capite legatur, Ecce filij Ammon et Moab & filij à monte Seir &c.

Amzi filius Sacharia Ben Iamitæ, Nehe. 11.

Amzi Leuitici generis homo, filius Bani, 1. Chro. 7.

Ana filius Zibeonis Heuæi filij Seir Horræi, Gene. 36. Hic reperit multos, id est animalia ex asino & equa natos, in solitudine dum pasceret asinas patris sui Zi-

beonis, Gene.36.1.Para.1.Vide Hiero.in hebr.quæsti.
Anamim filius fuit Mizraim nepotis Ham.1.Paralip.1.aliàs Enamim,
Anani filius Elioenai.1.Paralip.3,
Ananias è stirpe Leui Cantor sub Dauide.1. Chro.26.Alius Anania genitor Maæseia, Nehe.3.
Anania ciuitatis nomen in qua filij Ben Iamin habitarunt, post Babylonicam captiuitatem, Nehe.11.
Ananias discipulus domini Iesu, Paulum Apostolũ baptizauit Damasci, Acto.9.22.26.
Fuerunt alij duo Ananiæ, unus princeps sacerdotũ impius, qui S.Paulũ apostolũ cædi iußit, Acto.23. Alter qui cum Saphyra uxore uendito agro, mentitus spiritui sancto, subita morte corruit coram Petro, Actorum.5.
Anab ubi cæsi sunt Enakim, Iosuæ.11.. urbs in tribu Iuda. Iosuæ.15, De qua Hierony.in locis Hebraicis.
Anaharath, aliàs Naaroth urbs in tribu Isachar, Iosuæ.19.
Anamelech Idolum fuit Sepharuaim, cui suos filios combusserunt igni, 4.Reg.17.
Anaia Esræ astitit, dum librũ legis legeret, Nehe.8.
Anan primas quidam Iudaici populi, post Babylonicam captiuitatem, Nehe.10.
Annas impius Pontifex Hierosolymis socer Caiphæ, ad quem primum Christus captiuus est ductus, Ioan.18 qui cum alijs pontificibus & pharisæis in necem Domini conspirauerat, Acto.4.

Anath

Anath *pater Samgar, Iudicum.3.*

Anathoth *filius Becher de tribu BenIamin.1.Chr.8*

Anathoth *urbs in tribu Ben Iamin, Hiere.32. quæ concessa est Leuitis, Iosua, 21. & .3. Reg 2.1. Chro.7. Iesa.10. Nehe.11. hæc patria fuit Hieremiæ prophetæ, Hiere.1, & .11. ac.29. tribus miliaribus distat à Hierusalē, fuit quoq; patria Abiathar, 3. Reg.2. Esræ.2.*

Fuit *quoq; Anathoth quidam primas Iudæorum post Babyloniceam captiuitatem, Nehe.10.*

Anna *quære infra Hanna.*

Andreas *natione Galilæus ex BethSaida urbe oriundus, Ioan.1. Simeonis Petri frater Germanus piscatoriā exercuit, à qua per Christum auocatus in discipulum, cum prius etiam Ioannem baptistam audisset & sequutus fuisset aliquandiu, Ioan.1. piscator hominum, Math. 4. & apostolus gentium factus est,*

Andronicus *insignis inter apostolos, unde etiam unus è LXXII. discipulis Christi fuisse putatur, cū Paulo captus, fuit Iudæus genere, Roma.16.*

Aner Amorræus *fuit frater Mamre & Escol, qui fuit cum Abraham in fœdere, contra reges gentiū, Genesis.14.*

Aner *ciuitas in tribu Manaßis, ut ex.1.Para.7. colligitur, Hieronymus in quæst. hebraicis Aner ex uno de pueris Abrahæ nomen accepit, qui eo loci habitauit & sepultus est.*

Anem *ciuitas Leuitarum in tribu Isaschar.1.Chr.7.*

Aniam *filius Semidæ stirpis Manasse,1.Choni.8.*

Annim *urbs in tribu Iuda,Iosuæ.15.*

Antilibanus *excelsus mons ad septentrionē Iudææ ex aduerso Libani.De quo Plinius lib,5.cap.20. à quo omnis regio suprá Libanum ad orientalem plagam re-spiciens Antilibanus appellatur citra regionem Damasci,quæ cecidit in sortem tribus Manasse.*

Antiochiæ *duæ sunt clarißimæ ciuitates:altera Syria Coeles,aliás Hemath Zache.9.dicta,in hac discipuli primū cœperūt dici Christiani, Acto.11.in qua Barnabas et Paulus sunt ordinati, Acto.13.De hac multa Procopius lib.1.de bello Persico,Srab.in.15. Altera Pisidiæ prouinciæ,de qua Plinius in.5.cap.27.Strabo.lib.12.in hac Paulus & Barnabas prædicarunt, Acto.13. Gala.2*

Anthothia *filius Sasak é tribu Ben Iamin.1. Chr,9.*

Antipas *fidelis & rectus homo in Asia propter Christi confeßionem occisus, Apoca.2.*

Antipatris *Palestinæ ciuitas nunc diruta,quam Herodes rex Iudææ ex patris sui Antipatris nomine uocauerat.De hac Raphael,Volater.lib. 11.Geographiæ,ad hanc Paulus ductus est captiuus, Acto.23.*

Anub *filius Koz de tribu Iudæ,ut habet liber Chronicorum.1. Paralip.4:*

Appaim *filius Nadab.1. Paralip.2:*

Apharsath *loci nomen est apud Esram ca.4.5.et.6*

Appella *syncerus fuit Christianus,uelut Paulus Romano.16.indicat.*

Aphe-

ApheKa *urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15, cuius regem interfecerat Iosua oppugnata urbe, Iosua.12.15.*

ApheKa *terminus Amorræorum supra Iordanem in sorte tribus Ruben, Iosua.13. Hieronymo in locis heb. usq; ad suam ætatem, castellum grande Apheca nomine iuxta oppidum palestinæ.*

ApheK, *aliâs Afeg urbs in tribu Asser, Iosuæ.19. Iudicum.1. iuxta uicum Esrom ciuitatis Iezraël, ubi dimicauit Saul in sorte Asser: & ubi Philistijm cōtra Israël posuerunt castrá.1.Reg.4.&.1.Reg.29. eo loci Benhadab rex Syriæ uincitur.3.Regum.20.*

Apiah *attauus fuit regis Saul de tribu Ben Iamin.1. Regum.9.*

Aphia *pia mulier uxor Philemonis, ut quibusdā placet, cuius Paulus meminit in Epistola ad Philemonem.*

Apij Forum, *Hierony. putat fuisse nomen fori Romani ab Appio quondam consule appellatum. à quo et uia Appia cognominata fuerit. Verum Appij forum oppidum fuit longius à Roma quàm Aritia distans: quod Horatius lib.1, Sermonū, Satyra.5, ostendit his uerbis, Egressum magna me accepit Aritia Roma, Hospitio modico, rhetor comes. Heliodorus, Græcorum longe doctißimus, inde forum Appi. Differtur nautis, cauponibus atq; malignis. Ad hanc urbem Paulus uenit, quum duceretur Romæm, Actorum.28.*

Aphni, *uel Offni. urbs in sorte filiorum Ben Iamin, Iosua.18.*

Aphra, aliàs Affara urbs tribus Ben Iamin, Iosua.18 Iudicum.6. hæc pertinet ad familiam Esritarũ, é qua ortus est Gideon, & ibidem quoq; sepultus, Iudicum, 6. et 8. Micheæ.1. fit quoq; mentio Aphræ.

Aphra filius Meonothai è tribu Iudæ, 1. Chro.4.

Aphrica iuxta Geographos maxime Pliniũ in prologo tertij, tertia orbis pars est inter Asiam & Europã ad austrum sita, incipiens ab Aegypto & in Gaditano freto desinit, in qua populi habitãt, Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, & Carthago urbs. Mare quo cingitur Aphrica à septentrione Libycũ, à meridie Aethiopicum, ab occidente Athlanticũ dicimus, testis Pompo. Mela lib.2. Vide Pliniũ lib.5. ca.4. historiæ mũdi, Strabo lib.2. Geographiæ. Hæc Aphrica eadẽ quoq; Libya dicitur, Plinio teste in Prologo quinti, Cuius regionis Nahum.3. fit mentio, & alibi sæpe in scripturis.

Apollonia Macedoniæ ciuitas est, per quam Paulus profectus est, Acto..7. Achedoro tantũ fluuio à Thessalonica diuisa. Vola. lib.8. geogra. Est & altera in prouincia Aphricæ, quæ dicitur Pentapolis.

Apollos Iudæus genere Alexandrinus, uir eloquẽs & potens in scripturis sanctis, institutus in uia domini & feruẽs spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, uehementerq; reuincebat Iudæos, publice ostendit per scripturas, quod Iesus esset Christus, Acto.18. & 19. Cognitus à Paulo et Barnaba susceptus est, & ipse quoq; in ministeriũ uerbi, uelut ex 1. Cho.1.

&.3

& 3. satis deprehendere licet, Huius mentio fit etiam 1. Chorin. 16. Titum. 3.

Apollion *abyßi nomen Hebraicę, Abadon dicta, id est, perdens, Apocalyp. 9.*

Aquæ contradictionis *in solitudine Zin, quæ est Cades, ubi contenderũt filij Israël contra dominũ, Nume. 20. Deute. 32. Ezech, 47. Require infra Meriba*

Aquæ calidæ, *siue Salinarum, aliàs Masserephos Iosuæ. 13. & 13.*

Aquila *Italus genere Ponticus, Iudæus ab Italia sub Claudio Imperatore profligatus, Paulo adhæsit, et Christianam fidem amplexus est una cum Priscilla uxore, Actorum. 10. Fuit textor aulæorum, quem Paulus salutando commendat, Roma. 16. Huius quoq; 1. Corint. 16 & 2. Timoth. 4. meminit.*

Ar *principalis urbs filiorum Loth, id est Moabitarũ, ad Arnonem sita, Deute. 2. quæ Iesaiæ. 16. dicitur Ariopolis Rabbat, Moab & Petra, Nume, 21.*

Ara *filius Iether stirpis Asseris, 1. Chro. 8.*

Arah *filius Vlla è tribu Asser, 1. Chroni. 8. Alius redux è Babylonica captiuitate in Iudæam, Esræ. 2. Nehemiæ. 6. & 7.*

Arab *ciuitas, quæ iuxta Iosuã in tribu Iudæ est, Ios. 15*

Arad *rex terræ Chanaan habitans australem plagã pugnans contra Israël uincitur, Nume, 20. 33.*

Arad *ciuitas Amorræorũ ad sortem Iuda pertinens, Iosuæ. 12. ad austrũ solitudini Kades uicina, in qua habi*

tauc-

tauerunt filij Obab soceris Mosi in medio Israëlis, Iud. 1. Refert Hiero. in locis hebr. usq; ad suam ætatem osten di uillã ab oppido Malatis, quarto lapide á Chebron. 20

Arad filius Briæ è tribu Ben Iamin. 1. Chro. 9,

Arach, siue Erech cãpi seu regionis Sinnear portiun cula ditionis Nimrod, Gen. 10. quæ postea dicta est Edes sa, autore Hiero. in heb. quæst. Esræ. 4. huius fit mẽtio.

Arachites gentilitium nomen Hasai Dauidis amici 1. Chronico. 28.

Arachæus, siue Arkai filius Chanaan, Gene. 10. à quo gentes Arachæi descenderunt, 1. Paralip. 1. hic cõdi dit Arenn urbem cõtra Tripolim, quæ est in libano po sita. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiq. Iud. autor.

Ararat mons est Armeniæ maioris, super quo arca di luuij quieuisse scribitur, Gene. 8. De hoc plura Iosephus lib. 1. cap. 5. Iudai. antiq. & Hierony. in locis hebr. hic mons Armœnica lingua ab egrediendo nomen habet, eo quod ibi Noë arcam primo egressus sit, meminit & Hiere. 51. 4. Regum. 19.

Aram filius Sem, Gene. 10. 1. Para. 1. Aramenos insti tuit, quos Græci Syros appellant. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. Iuda. Aram filij sunt Vz, Hul, Gether. & Mas, Genesis. 10.

Aram regio maioris Asiæ, à nobis Syria appellatur, uelut ex Nume. 23. & Esa. 7. colligitur, hæc duplex est. Altera remotior, Aram Naharaim, id est, fluuiorum di cta, hæc ẽ Mesopotamia, uel Coëlosyria, quia inter duo

flumi-

flumina sita est, inter Tygrim & Euphratē, Stephano ἀδιαβηνὴ dicta, similiter & Aßyria Straboni lib. 16. ac Padan Aram: deinde Robat Aram, siue Aram Rehob. 2. Reg. 10. mox Arā Maacha, quæ ē Syrophœnitia, sicut ex. 1. Chro. 20. & 2. Samuelis. 10. Planū erit Miserunt mille talenta argenti, ut conducerēt sibi de Arā Naharaim, id est, Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Aram Zoba currus & equites Altera Arā prope terrā Israël, imò quæ & pars est terræ Israël. Aram Zoba, quam Palestinam dicunt alij, meminit huius. 3. Reg. 11. Iesaias. 7. Hierony. in quæst. hebra. Damascum metropolim Aram, id est Syrorum, refert ex septimo Iesaiæ. Vide titulum Psalmi. 60.

Aram filius Somer è Asseris tribu. 1. Chro. 8.

Alius Aram filius Esrom in Aegypto natus, Matthæi. 1. quære Ram.

Aram ciuitas in Gilead, quam possedit Iair filius Segub. 1. Chroni. 2.

Aran filius Disam principis Horræorum in Seir. Gene. 36. 1. Paralip. 1.

Aranena Iebusæus fuit, à quo Dauid mercatus est aream. 2. Reg. 24, Vide Iosephum lib. 7. cap. 13. anti. Iudaicarum. hic alijs dicitur Ornan. 1. Chroni. 22. Arnan appellatur.

Aramia concubina fuit Manasse, quæ peperit ei Esrielem. 1. Chroni. 8.

Arabia regio Asiæ maioris inter Iudæam & Aegyptum

ptum Caßio monte nobilis, quem Sinam esse affirmant De hac plura Plinius lib.5.cap.11.& lib.6.cap.28. Ptolemæus lib.5.cap.17. Strabo lib.16. Pomponius Mela in 1. Hæc Hierony. autore gentes habet multas Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Sarracenos, aliosq́; quàm plurimos, Ezech.27. huius fit mentio.

Arabum regionem triplicem fecit Ptolemæus Petream, Arabiam eam nominat, quæ supra Palestinã ad Cassum montem & mare rubeum excurrit, nomen habet à Petra uetustißimo oppido, hanc Arabũm, Strabo in.16. Nabatheam uocat.

Altera Arabia deserta, quæ felici à meridie, à septentrione Syria & Mesopotamiæ parte finitur, ut Ptole. lib.5.cap.19. scribit, hanc Sceniten & Arabas illic Scenitas, id est, uagos Nomades, & in tabernaculis habitantes nominant. Pli.li.5.cap.11. atq;.24. & Stra.li.16

Tertiam Ptolemæus li.6.cap.8. felicem nominat, diuitem & beatæ, cognomine inclytam, quæ Peninsulæ forma inter Persicũ & Arabicũ sinum in meridiẽ tenditur. De qua plura Pompo. Mela li.3. Geogra. græcis ut habet ille εὐδαίμον appellat, id est, felix, quod sit thurifera, odores creans: hæc aliàs Sebea dicta est, Hiob 1. Psal.72. In hac Paulus prædicauit, Gala.1.

Arha pater fuit Enak, habitauit in Hebron, quæ aliàs Kiriath Arbe dicta est, Iosua.15.

Arbathi locus est natalis. Abialbon fortis Dauid.2. Regum.23.1.Chroni.12.

Arbela

Arbela *terminus Iudæ, ortum solis aspiciens, de quo Hierony. in locis hebr. Est usq; hodie uicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palestinæ. Et alius hoc uocabulo in campo prægrandi distans ab oppido legionis milibus nouem, Hæc Hieronymus infra Beth Arbel, uide Strabonem lib. 16,*

Arbeæ, *hoc est quatuor, ciuitas tarræ Chanaan, quæ Hebron est sic dicta, quod quatuor ibi sepulti sint Patriarchæ Adam, Abraham, Isaac & Iacob, Ita Hieronymus in hebraicis quæstionibus.*

Arbi *Locus ubi gentiles Arbites, 2. Reg. 23.*

Arbym *Arabes, Ezech. 27.*

Arca *testamenti uel fœderis primum in Silo in tribu Ephraim fuit, Iosua, 18. 1. Reg 1. quam dein captã Philistæi asportauerunt à lapide adiutorij in Asdod. 1. Reg. 5. 6. à quibus remissa cũ auibus aureis in BethSames, ubi mansit aliquandiu in agro Iosuæ BethSamitæ. Deinde ducta est à uiris Ciriath Iearim in domũ AbiNadab in Gibea, & mãsit uiginti annis in Kiriath Iearim. 1. Reg. 7. Peracto uicesimo anno translata est eadẽ arca à Samuele in Mizpa. 1. Reg, 7. 10. & de Mizpa transtulerũt eam Samuel & Saul in Gilgal. 1. Reg. 11. Inde translata est à Saul in Nobe. 1. Reg. 21. De Nobe in Gibea. 1. Para. 21. De Gibaa translata est à Dauid in domũ Obed Edom. 2. Reg, 6. & 1. Chron. 14. De domo Obed Edom transstulit eam Dauid in Sion, id est, ciuitatem Dauid, 2. Reg. 6. De Sion trãsstulit eã Salomon in Sancta Sanctorum*

ctarum.3.Reg.8.2.Chroni.6.ubi mansit usq; ad templi deuastationem.

Archelaus filius Ascalonitæ Herodis,qui loco patris sui regnauerat in Iudæa & Idumæa,Matth.2.Hic Archelaus ob insolentiam regno pulsus à Cæsare Viennam Galliæ relegatus Anno Christi XV.illic obijt,Vide Iosephum libris.17.18.19.antiquitatum Iudaicarũ, & lib.2.de bello Iuda.cap.6.Eusebium lib.1. cap.3,8. &.10.Ecclesiasticæ historiæ.

Archippus Episcopus Colossensiũ fuit, cuius Apostolus meminit,Coloss.4.& ad Philemonem.

Arci Ataroth limes est terræ Iosephi author, Iosua cap.16.

Ard filius Ben Iamin in Aegrptum descendit cũ Israele,Gene.46,Vnde Arditæ,Nume,26.

Ardon Filius Chaleb.1.Paralip.2.

Areli filius Gad,qui & ipse cum Israëlesin Aegyptũ profectus est,Gene.46.ab hoc descẽdit Arelitarũ familia,Nume.26.

Area Atad quære infra Atad.

Areta rex.soror fuit Herodis,cuius præfectus in Damasco Paulum comprehendere nitebatur.2.Corint.12. De quo lege Iosephum lib.18.anti.Iudaica.cap.15. Ecclesiasticæ historiæ,

Areopagus,,autore Stephano de urbibus promontorium Athenis,clarissima Græciæ urbe fuit,in quo iudicia necis ferro factæ exercebãtur,sic appellatus,quasi dicas

ſi dicas uicum Martis, nam & Iuuenalis Curiã Martis appellat, qua de re, Auguſt. lib. 8. de Ciuita. dei, cap. 10. Valerius Max. li. 2. ca. 1. de inſtitutis antiquis. Vnde & Ariopagitæ iudices ſeueriſsimi ac innocentiſsimi dicti ſunt, quod multis uerbis annotauit Guil. Budæus in Annotationib. prioribus in Pandectas, & Eraſ. in Chiliadibus Prouerbiorũ. In hoc Areopago Paulus Ieſum Chriſtum ac mortuorũ reſurrectionẽ annunciauit, Acto. 17

Argob regio fuit regni Og regis Baſan ſexaginta urbibus ſuper Iordanem, uocata terra Rephaim, quæ ceſsit mediæ tribui Manaſſe, Deut. 3. & 3. Reg. 4. 4. Regum. 15. De hac Hierony. in locis hebraicis.

Ariochi rex Ellaſar, Gene. 14. Alius eiuſdẽ nominis princeps militiæ regis Babyloniorum, Danie. 2.

Arimathea, aliàs Arumaet Remphitis teſte Euſebio, dicitur ciuitas Iudææ patria Ioſeph diuitis & pij ſenatoris, Lucæ. 23.

Aria ciuitas eſt regni Iſraël, 4. Regum. 15.

Ariel redux è Babylonica captiuitate in terram Iuda Eſræ. 8.

Ariel ciuitas, cuius meminit Ieſaias, cap. 29. quã Aquila & Symachus interpretati ſunt Leonẽ dei: Hanc eſſe putant quidam Ariopolim, eo quod ibi nunc uſq; Ariel idolum colant, uocatum, ἀπὸ τοῦ ἄρεος, id eſt à Marte, unde & ciuitatem appellatam ſuſpicantur, Hieron. in locis hebr. uidetur Ariel allegoricῶς Hieruſalẽ, ſiue templũ ſignificare, propter altare templi, quod Ezech.

43. sic uocatū est, hoc est leonem Dei, quod fortè regnū fuerit & potens. Idem in hebraicis quæstionibus plura de hoc, similiter, Ezech. 43.

Aridai filius Haman Iudæorum hostis, ab Iudæis peremptus, Ester. 9.

Arissui filius Haman Iudæorum hostis ab Iudæis interfectus, Ester. 9.

Aristobulus quidam Romæ fuit fidelis uir, quem Paulus cum familiaribus suis salutare iubet, Roma. 16.

Aristarchus Macedo è Thessalonica comes Pauli orta seditione Ephesi & ipse comprehensus fuit, Acto. 19. Paulum Asiam usq; comitatus est, Acto. 20. & 27. Vide Eusebium lib. 2. cap. 22. Ecclesiasticæ historiæ. Hic Romæ Pauli concaptiuus fuit, Coloß. 4. Meminit huius etiam ad Philemonem.

Armoni filius fuit Saul ex Rizpa concubina: hunc Gibeonitæ suspenderunt, 2. Reg. 21.

Armageddon loci nomen est, cuius meminit Ioannes, Apoca. 16.

Arman filius Rephaia, 1. Paralip. 5.

Arnon fluuius est Moabitarum, qui Iosepho lib. 4. antiquita. Iudaica. cap. 4. de montibus Arabiæ fluit, ac per totam solitudinē labens in Asphaltiten lacū erūpit, seiungens Moabitidem & Ammonitida. Hieronymo uero est rupes excelsa in limite Amorræorū & Moabitarum, Nume. 21. Deute. 2. Iosua. 12. & 13 Iudi. 11. Hiere. 46. Est etiam ARNON ciuitas Moabitarū, & deinceps

ceps

ceps Sihon regis Amorræorum, Nume.21. Iosua.12.

Aroer Moabitarum urbs sita super ripam torrentis Arnon, Deute.2, Iosuæ.12.et.13, Hier.46. dst cõra Rab bath, Iosuæ.13.cessit tribui Gad, Iudi.11.fit huius mẽtio, 1.Reg.30.2.Regũ.24.Nume.21.32.33.4.Regũ.10. Alia est in agro Damasceno, cuius meminit Iesaias cap.17.

Arodi Filius Gad una cum Israële Aegyptũ concessit Gene.46. Vnde orta est familia Aroditarũ, Nume.26.

Arpa, aliàs Orpha, Moabitis uxor Chilion filij Elimelech, Ruth.1.Ioseph.lib.5.cap.14.Iudaica.antiq.

Arpad urbs Syræ Damasci meminit eius Iesaias ca. 10.& 37.4.Regum.18.

Est etiam Aruad, siue Arphad nomen insulæ in Phœnitia sita non longe à Damasco, Plinius lib.5.ca.31 Pompo. Mela lib.1, Ezechiel.27, Iesaiæ.10.4.Regum.18 29.Hiere.49.

Arphachsath filiis Sem, Gene.10.princeps Chaldæorũ, Gene.11.Hic Arphaxadæos, qui nunc Chaldæi instituit, iste genuit Salah, Gene.10.&.1.Chro.1.iuxta Lucam uero cap.3.Cainam. Vide Iosephum lib.1.antiq. Iudai.cap.14. Hieronymum in traditionibus Hebraicis.

Artachsascha generale nomen est, ut Metaschenes Persa, & Nicolaus Lyra uolunt regum Persarũ, quemadmodum Cæsar Romanorum Imperatorum, de hoc Esræ cap.4.

Artema discipulus & sectator Pauli apostoli, cuius meminit ad Titum.3.

Aruma *urbs terræ* Chanaan *in tribu* Ephraim,*ubi mansit* Abimelech *in obsidione* Sichimorum,Iudicū.9. *hæc aliàs* Remphitis.*Est autem in finibus* Diospolcos, *& à plerisq;* Arimathea(*teste* Eusebio)*uocatur*,

Aruadius,*seu* Aradius *filius* Chanaan, Gene.10.1. Parali.1.*hic* Aradiam *insulam* Tyro *uicinam habuit*, Iosephus lib.1.cap.12.antiqui.*quam* Hierony.*in hebrai cis quæstionibus tradit angusto freto à* Phœnices *litore esse separatam*.

Aruad *ipsa est,de qua iam meminimus insula in* Phœ nitia,4.Reg.18.59. Iesaiæ.10.Hiere.49.Ezech..27.Pli nius lib.5.cap.31.Pompo.Mel a in.1,

Aruboth *ciuitas est* ,*cuius fit mentio*,3.Regum.4.

Arza *Præfectus ciuitatis* Thirza,*in cuius domo per emptus est* Ella *rex* Israël,3.Reg.16.

Assa *rex* Iudæ,*matre* Maccha,*patre uero* Abiam.3. Para.3.*satus,cum illi hæreditate paternum obuenisset imperium* Dauidis *regis per omnia diligentißimus exti tit sectator.Scortatores enim non solum ditione sua ex clusit,uerum etiam idolorum combußit statuas.Postre mo cum è pedibus laborare cœpisset quadragesimo alte ro sui regni anno,naturæ cōceßit*,3.Reg.15.2.Para.14 15.16.*Huius filius fuit* Iosaphat,Matthæi.1.

Assa *Leuiticæ stirpis homo,filius* Elkanæ.1.Chro.10.

Asan *genitor* Palthielis *principis stirpis* Isaschar,Nu meri.34.

Asan *filius* Sema *è tribu* Rubenia.1.Chro.6.

Asahel

Asahel *Leuites à Iosaphat cum alijs emissus ad docendum populum legem Dei nostri.2.Chro.17.*

Alius *Leuita eiusdem nominis sub Iebiskia.2.Chr.32*

Asahel *Filius Zerulæ sororis Dauid,frater Ioab & Abisai.1.Para.2.uelocißimus cursor transfossus ab Abner principe militiæ Saulis,2.Reg.2.& sepultus est in Bethlehem in sepulchro patris sui Asar.Iosephus lib.7. cap.1.antiq.Iudæ.numeratur inter robustos Dauidis.2 Regum.23.1.Chroni.12.28.*

Alius *Asahel genitor Ionathan, de quo Esræ.10.*

Asaia *seruus fuit Iosiæ regis Iudæ.4. Regum.22.2. Chronicorum.34.*

Fuit *eiusdem nominis clarus uir tribus Simeonis.1. Chro.5.& unus è Leuitica stirpe filius Haggiæ.1.Chr. 7.&.15.de filijs Merari.1.Chro.15.*

Asaia *primogenitus filius Seloni stirpis Iudæ.1.Chronicorum.19.*

Asania *genitor fuit Iosua Leuitæ,Nehemiæ.10.*

Assaph *patre Berech Iahu.1.Berechia de filijs Gerson filij Leui natus Dauidis regis cantor,1. Para.7.10. 16.17.26.2.Chroni.29.&.35.fuit genitor Ioah scribæ. Ezechiæ.4.Reg.18.Iesaiæ.36.Esræ.5.Nehe.11. Vide titulos Psalmorum à.73.usq;.83.*

Assaph *fuit saltuarius siue custos saltus in terra Chanaan, ad quem Nehemia literas à Arthahsastha rege Persarum accepit transmigrando è captiuitate Babylonica,Nehemiæ.2.*

Asaria, qui Paralip.26. Vsia, patre Amazra.1. Paralip.3. matre uero Iechalia rex Iudæ pacis amantißimus Hierosolymæ anno regni LII. uitæ autẽ LXVIII. lepra correptus è uita discesit. 4. Regum.15. hic Lucæ 3. Mattha dicitur.

Alius eiusdem uominis filius Iosaphat regis, frater Ioram.2. Chroni.21.

Asaria filius Ioram est Ahasia, 2. Chro.22.

Asaria filius Ierobam centurio fuit sub Ioiada sacerdote, regnante Athalia, 2. Chroni.23.

Alius eiusdem nominis & officij filius Obed, ibidem

Alius eiusdem nominis filius Iohannan princeps filiorum Ephraim, 2. Chroni.28.

Alius Asaria, qui & AbedNego puerorũ unus ante Babylonium regem constitutus, Danielis.3.

Asaria pontifex Hierosolymitanus filius Ahimaaz primus huius nominis sacerdos, de quo legis.1. Chro.7

Alius Asaria filius Maeseia filij Anania ædificat muros Hierusalẽ post liberationem è captiuitate Babylonica, Nehemiæ.3.

Asaria Filius Zadok sacerdotis principum Salomonis unus.3. Reg.4. fuit è tribu Leui.1. Chroni.7.

Fuit alius Asaria filius Nathan princeps super eos, qui aßistebant regi Salomoni, 1. Regum.4.

Asaria etiam Propheta fuit tempore Assa regis Iuda, filius Obed.1, Chroni.15.

Alius filius Iohanan filij Asaria è tribu Leui sacer-

dos do

dos domus Domini extructæ à Salomone,1.Chro.7.hic Vsiam arguit peccati,& extrudit è templo.2.Chro.26

Asaria filius Ethan filij Serach è tribu Iudæ,1.Para. 2.Est deinde alius filius Iehu eiusdem stirpis,1.Para.2. Est & sacerdotis nomen habitantis in Hierusalem,qui fuit filius Hilkia,1.Chro.7.&.10.Esræ.7.

Alius Leuita tēporibus Iehiskiæ regis filius Iehaleel 2,Chro.29.hic deinde cap.31.pontifex fuisse scribitur.

Fuit eiusdem nominis princeps relictus in Iuda filius Hosiæ,Hire.43.

Asasia Psaltes & citharedus Dauidis,1.Chroni.16. Alius geniter Hoseæ principis Ephraim,1.Chroni.27. Alius eiusdem nominis Leuita sub Iehiskia,2. Chro.31.

Asareel filius Ierobam princeps tribus Dan sub Dauide,1.Chroni.28.

Alius è tribu BenIamin filius Ahusai, Nehe.11.

Asarela filius Assaph cantoris Dauid è stirpe Leui, 1.Chronico.26.

Asareel filius Iehaleel è tribu Iudæ,1.Paralipo.4 Alius è Leui cantor Dauidis,1.Chronicorum.26. Alius filius Bani,uxorē alienigenā repudiauit,Esræ.10

Asareel Leuita in Hierusalem,Nehe.12.

Assarhaddon rex Aßriæ patre Sanecherib profugientibus post commissum parricidium fratribus suis, sòlus paternum administrauit regnum,4.Reg.19. Hūc Metaschenes Persa apud Babylonios decem annis regnasse tradit,Iesaiæ.37.De hoc etiam Esræ.4.

Assaron ciuitas Palestinæ, ubi & Petrus prædicauerat Christum, Acto. 9. Multi putant Accaronem esse.

Asbel filius BenIamin, qui cum Israële Aegyptũ concessit, Gene. 46. 1. Chro. 9. Inde Asbelitæ, Numeri. 27. hic. 1. Chro. 8. Iediel appellatur.

Ashea familia tribus Iudæ, uelut fit mentio, 1. Chr. 4

Asbai genitor Naerai robusti Dauidis, 1. Chroni. 12.

AshuK genitor Nehemia, Nehemiæ. 3.

Ascenas, qui Beroso li. 5. Ascanius filius fuit Gomer filij Iaphet, Gene. 10. ab hoc descenderunt Ascenæi, siue Ascenæzæi, qui Græcis dicuntur Rhegmi, Iosephus li. 1. cap. 11. antiqui. & Hierony. in hebr. quæst. Eusebius dicit Gothicas gentes ab illo descendisse, 1. Para. 1. Hie. 52

Ascalon, siue Asklon ampla ciuitas est Palestinæ, siue ut Iosephus habet lib. 5. cap5. Iud. antiq. superioris Idumææ, quam Iudas expugnauit, Iudicũ. 1. Vbi Simson triginta uiros percußit, Iudi. 14. quæ à conditore, Ascalo Hymenei filio, id nominis Stephano teste, inuenit. Hæc secundũ Aegesippũ li. 3. ca. 4. septingentis stadijs ab Hierosolyma distat, de qua Volater. lib. 11. Geogra. Iosuæ. 13. Hiere. 25. Amos. 1. Sopho. 2. Zach. 9. Ab hac Reguli Philistinorum Ascalonitæ appellantur, Iudic. 5.

Aschenach id nominis, duabus est in tribu Iudæ ciuitatibus, Iosua. 15.

Asdod, siue Azotum insignis Palestinæ urbs inter Ascalonem & Ioppem, in qua gigantes habitarunt, capta à Iosua duce, Iosuæ. 11. sorte cessit tribui Iudæ, Iosua 15. hæc

15.hæc una è quinq; ciuitatibus Allophilorum templo Dagon Idoli nobilitata.3.Regum.6. Quam ut ait Stephanus,condidit quidam è mari rubro profusius ex nomine uxoris suæ Azes.Volaterranus li.11.geographiæ, cuius in scripturis multa est mentio,Hiere.25.Amos.1. & .2.Sopho.2.Zachariæ.9.In hac Philippus prædicauit Christnm,Actorum.8.

Aser Iacob patriarchæ filius è Silpa ancilla,in Mesopotamia genitus est,Gene.35.Hic à beatitudine nomen habet.Aser enim significat beatum atq; fœlicem: edito nanq; infante dixit Lea. Hoc pro beatitudine mea,beatam quippe me dicent filiæ, Gene.30.Iosephus lib.1.ca. 27.Iudai.antiq.Iste genuit Iemna, Iesua,Iesui, Bria & Serah sororem eorum,Gene.46.1.Chro.8. Iosephus li. 2.cap.7.antiq.Iudaic. Addit illis quatuor & duos,Heber atq; Melchiel,ut sex sint numero filij Aser.

Ab isto Ases postea tribus Aser nomen sortita est.De qua Iosua.19.1.Chro.8.Ezech.48.& Iosephus li.5.ca. 3.Iudaicarũ uetustatũ,Aserite omnem terram,quæ ad Zidonem conuersa est habuerunt.Ciuitas autẽ Archa in eorum parte fuit,quæ etiam Actipos nuncupatur.

Limites atq; urbes hæreditatum filiorum Aser fuerunt.

Helkath uel	Beth Emek
Nukok	Negiel
Hali	Cabul
Beten	Ebron

Achsaph	*Rehob*
AlaMelech	*HamonKana*
Amead	*Zidon magna*
Miseal	*Rama*
Carmelus mons	*Zor*
Sihor Libnath	*Hossa*
Beth Dagon	*Achsib*
Iephthahel	*Vma*
Aphek	*Helba*
Rehob	*Aphik*
Iosua.19.	*Iudicum.1.*
Acon	*Abdon*
Zion	*Iosuæ.21.*
Ahelab	

Aser *sacerdos in Hierusalem post exilium Babyloni-cum, Nehemiæ.12.*

AsenSeara *ciuitas in tribu Ephraim à Seara, ut uult autor Paralip.condita.1. Chroni.8.*

Assedoch *urbs Amorræorum in tribu Ruben ad radices montis Pisga, Iosuæ.13. Deute.3. Significat alioqui scaturigines, scatebras, effusiones, Martino Luthero ibidem annotante.*

Asen *urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15. eadem & tribui Simeonis sorte cessit, Iosuæ.19. & sacerdotibis attributa, 1.Chroni.5.& .7.*

Asel, *siue Ezel lapidis nomen est, iuxta quem Dauid absconditus fuit ad pactum Ionathæ filij Saul, 1.Reg.20.*

Hebræ-

Hebræis dicitur Euen Haesel, id est, lapis Aesel.

AseKa ciuitas Amorræorum, quæ sorte cessit tribui Iuda, Iosua.15. Nehemiæ, 11. Hieronymo inter Eleutheropolim & Aeliam sita: quo loci Deus grandine & lapidibus gentes perdidit, Iosua.10. Philistijm illic castra contra Israël habuerunt, 1. Samuelis.17. Hanc reparauit Rehabeam rex Iuda, 2. Chroni.11. & rex Babylonis eandem debellauit, Hiere.34.

Aseroth Hapisgah ciuitas Amorræorum, Quæ Iosuæ in tribum Ruben cecidit, Iosua.13. In hac quondã Heuæi habitauerunt usq; ad urbem Gazam.

Aseni, siue Azni, unde familia Asenitarum, filius fuit Gad, Nume.26, Hic aliàs Ezbon appellatur, Gen.46.

Asgad cum suis redux ueuit in Iudæam è Babylonica captiuitate, Esræ, 2. & .8. Nehemiæ.7.

Asia minor, pars est Asiæ, quæ tertia pars orbis censetur, ista continet prouincias, Phrygiam, Pamphyliã, Ciliciam, Lycaoniam, Galatiam, Cariam, & alias, Ephesum quoq; specialiter: hæc præter orientalem partam, qua ad Cappadociã, Syriamq; progreditur, undiq; mari est circumflua. Hanc suspicãtur hodie Turtiam dici, Autor Hierony, huius multa fit mentio in Actis apostolorum & epistolis Pauli.

Asiani, qui Stephano resistebant, uidetur fuisse proseliti, Acto.6. In Asia multum uersatus est Ioannes apostolus, uelut uides Apoca.1. & deinde.

Asina arguit Bileam augurem suæ iniquitatis, quia dilexit

dilexit mercedem iniquitatis, Numeri.22.2. Petri.2.
Asisa filius Sathu alienigenam uxorem repudiauit, Esræ.10. Simeonis è stirpe tribus.
Asiel claus uir, 1. Chroni.5.
Assir filius Korath è Leuitica stirpe, 1. Chro.7. Exo:6
Fuit alius eiusdem nominis & tribus filius Abiassaph 1. Chroni.7.
Asima Idolum fuit uirorum Emath, 4. Reg..7.
Asyncritus discipulus quidam fidelis Romæ, quem salutat Apostolus, Roma.16.
Asmaueth filius Adielis fuit thesaurarius Dauidis 1. Chroni.28, Est quoq; loci nomen apud Esram cap.2. Nehemiæ.7.
Asmaueth Barhumithes robustus fuit Dauidis.2. Regum.23.1. Chroni.12,
Fuit alius de tribu BenIamin filius Ioadda de genere Saulis, 1. Chroni.9.&.10.
Asmadæus nequam fuit dæmonium, quod occiderat septem uiros Saræ filiæ Reguelis, Thobiæ.3.
Asna urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15.
Fuit etiam Asna ex Nethinim redux in terram Iuda è Babylonica captiuitate, Esræ.2,
Asuoth Thabor, urbs in tribu Naphthalia, Iosuæ.19
Asnath filia Potipheræ sacerdotis On urbis Aegypti, quæ Græcis Heliopolis, quã Ioseph patriarcha uxorẽ duxit in Aegypto, & ex ea Manasse & Ephraim filios suscepit, Gene.41.46. Iose.lib.2. cap.5. anti. Iudai.
Asna=

Asnaphar *Aßyrius transtulit Cutheos & Medos quosdam in Samariã. Nicolaus Lyra hunc dicit fuisse Assarhaddon, quod eiusdem sit facta mentio apud eundem Esram cap. 4, Iosephus lib. 11. cap. 2. antiq. Iudai. nominat eum Salamanasar.*

Asonij *reguli Philystinorum fuerunt, Iosue. 13. quaere in Asdod.*

Assos *adnotante Erasmo Roterodamo in Actis apostolicis complures sunt huius nominis urbes: Vna Lyciae ciuitas maritima in edito sita promontorio, adeo ut parum tutum sit accedere. Vnde iocus Nicostrati citharoedi Asson eas ut citius ad exitij terminos peruenias. Altera in Aeolide. Tertia in Mysia. Quarta in Lydia. Quinta in Epyro minore, Cleantis philosophi patria, eadem & Appolonia sit dicta suffragante & Plinio in 5. cap. 30. hanc postremam Paulus adnauigauit, Actorum. 20. & 27.*

Aspenas *praepositus Eunuchorũ Nebucad Nezar regis Babyloniorum, Danie. 1. noster latinus textus pro hoc habet Arphaxat.*

Aspatha *fuit filius Haman Iudaeorum hostis in Susan à Iudaeis interfectus, Ester. 9.*

AsriKam *filius Nearia. 1. Para. 3. Alius è tribu Leui filius Hasabiae. 1. Chroni. 10. Nehemiae. 11. Alius è genere Saulis, filius Azel. 1. Chroni. 9. & 10. Tradũt hũc Armigerũ Saulis Doech Idumaeum fuisse, Hieronymus in quaestionibus Hebraicis. Alius dux domus Ahas*

regis

regis occisus à Sichri.2.Chronicorum.28.

Asriel *aliàs Hezribel filius Gilead filij Manasse prin ceps dimidiæ tribus Manassc,1.Chroni.6. Hic deinde Esriel appellatur,1.Chronico.8.Iosuæ.17.unde Asriëlitæ,Numeri.26.*

Alius *é Napthali stirpe genitor Ieremoth principis, 1.Chroni.28. Alius genitor Saria,Hiere.36.*

Astharoth *deus Palestinorum, Iosephuss lib.6.ca. 14.Iudæi,antiqui.testis,quem sustulerunt Iudæi Samuelis iussu,1.Regum.7.*

Astharoth *urbs in campestribus Moab in dimidia tribu Manasse Og regis Basan regia,Deute.1. Iosua.9. & 12.& 13.gigantum terra,quos Chodorlaomor interfecit,Gene.14.in supercilio Sodomorū sita,postremo Leuitis concessa.1.Chro.7.*

Asthoreth *Zidomiorum deus fuit,quem secutus est Salomon,3.Reg.11.Septuagınta uocant Astarten hunc demælitur Iosias,4.Reg 23.Hæc Venus est.*

Astrathi *gentilitium nomen,1.Chro.12.*

Assurim *filius Dedan filij Abrahæ,Gene.25.*

Asuba *uxor fuit Chaleb,quæ genuit ei liberos.1.Pa.2*

Fuit *eiusdem nominis mater Iosaphat regis filia Silhi 2.Chroni.20.3. Reg.22.*

Assur *filius Sem filij Noah,qui egressus é terra Sinear ædificauit Niniuen amplißimam ciuitatem & Aßyriam à se nominauit,quæ sita est ad orientalem atq; septentrionalem plagam Iudææ,1.Chroni.1.Gene.10.Iosephus*

phus lib.1.cap.14.antiqui.Iudai.Hunc Assurem Xenophon in aequiuocis scribit Ninium,id est,Iouem cognominatum.Indeq; urbs Ninus(quae est Niniue)ex cognomine autoris appellationem traxit.

Assyrij autem post Euphraten loca tenēt,amne tantum à Babylonijs diuisi,Herodotus eosdem populos cū Syris esse dicit,sed à Graecis Syros,à Bar baris Aßyrios uocari.In Aßzria autē fuerunt XVIII.regna tam ampla & potens regno fuit.Lege Raphaelem Volater lib.11.Geographiae,Strabo.lib.16. Geogra.

Contra Asur,hoc est regnum Aßyriorum prophetauit multa Iesaias capitibus.10.14.36.37.

Asur genitor Hananiae prophetae falsi,Hiere.28.

Alius pater Iaasania principis,Ezech.11.

Fuit etiam quidam Assur primas Iudaici populi post Babylonicam captiuitatem, Nehe.10.

Ashur de tribu Iuda pater Thekoa filius Hezronis ex Abia uxore.1.Para.2.binas habuit uxores, Helleam & Haeram,1.Para.4.

Asuia piscina fuit Hierosolymitana,Nehe.3.

Asuuath filius Iaphlet è stirpe Asseris.1.Chro.8.

Atad,seu Azad locus trās Iordanē situs,ubi exequias atq; planctus peregerūt filij Israël,sup morte Iacob tertio ab Hiericho lapide duobus milibus à Iordane q locus dictus est postea Planctus Aegyqti,Gen.50.Nūc Betagla qd' interpretatur locus gyri,eo qd' ibi more plangentiū circumierūt in funere Iacob,Hiero.in locis Heb.

Atarotb

Ataroth *ad orientem tribus* Ephraim, *Iosuæ*.16.& 18.*iuxta* Rammam *sita* Hieronymo.
Ataroth Adar, *Iosuæ*.18.*terminus est* Ephraim.
Ataroth Sophan *ciuitas est, quam tribus* Gaddi *diuisis locis possedit*, Nume.32.
Atach *Locus Iudæ, cuius mentio fit*, 1.Reg.30.
Atara *uxor* Ierahmeëlis *filij* Hezron.1.Parali.2.*hæc est mater* Onam.
Attalia *ciuitas Pamphyliæ maritima à* Ptolemæo Philadelpho *ædificata, iuxta* Raphaelem Volatěr.*libr*.10. *Geographiæ, quam* Paulus & Barnabas *pertransierūt Actorum*.14.
Athalia *filius* Ierobam *de tribu* BenIamim.1.Chro.9
Athalia *genitor* Iesaiæ, *qui ex captiuitate rediit*, Esræ.*cap*.8.
Athalia *filia* Amri *Israëlitarū regis uxor* Ioram *regis Iudæ*. *Hæc post* Ahasiæ *regis* Iuda *obitum, omni regij generis* Dauidis *seu Iudæ semine sublato, sex annis regnum administrauit, domum* Dei *destruxit, sanctificata* Baali *dedicans, tandem iussu* Ioiadæ *sacerdotis interfecta*.4.Reg.8.& .11.2, Para.22.23, Iosephus *lib*.9. *cap*.7.*antiq*.Iuda. *Hanc* Gotholiam *nominat & filiam* Ahab, *quod huius perditos mores imitata sit*.
Athai *é tribu* Gad *socius & adiutor* Dauidis, 2.Chr. 13. *Alius* Rehabeami *filius ex* Maecha *uxore*, 2.Chr.11.
Athai *filius* Iarha Aegyptij, 1.Paralip.2.
Athenæ *ciuitas* Achaiæ *philosophiæ dicata studijs* & *ido*-

& idolorum cultui, ubi Paulus etiam Christũ prædicauit, Actor. 17. huius urbis Piræus portus (cuius Terentius in Eunucho meminit) septemplici muro quondam communitus fuisse describitur.
Athenæ hodie sub Turcæ imperio sunt à Barbaris corrupto uocabulo Sethniæ uocantur Raphaele Volat. lib. 38. Paralipomenon autore.
Ater qui fuit ex Histia redux in terram Iuda è Babylonica captiuitate uenit, Esræ 2 Nehem. 7.
Alius eiusdem nominis & redux cantor fuit, Ibidem.
Athikim locus tribus Iudæ, 1. Para. 4.
Athlai filius Bebai, hic cum alijs Iudæis alienigenam uxorem repudiauit, Esræ 10.
Athni filius Serah Leuiticæ stirpis, 1. Chron. 7.
Alius Ianitor templi filius Semaia, 1. Chron. 27.
Athniel, siue Othoniel primus Israëlitarũ iudex per XL. annos, quibus præfuit in pace, filius Kenas fratris Caleb, qui cœpit Kiriath, Sepher urbẽ, et Achsam Chalebo filia uxorem obtinuit, Iosuæ 15. Iudic. 1. Cusan Risathaim Mesopotamiæ regem oppreßit, Iudic. 3. 1. Par. 4.
Atroth ciuitas olim Amorræorum ultra Iordanem, quam sorte accepit tribus Gad, Numeri 32.
Aua, uel Awa, locus Aßyriorum, cuius fit mentio, 4. Regum 17. & 19.
Auen urbs Aegypti, Ezech. 30. uide infra On:
Auen Vallis est Amos 1. Præterea etiam excelsum, in quo uitulos erexerat Ierobeam, Hosea 10. Siquidem

Auen excelsum seu idolū significat, Inde Bethauē dicta.
Auæi, *Iosue* 13.
Augustus *Romanorū Imperator secundus, patre Octauio senatore genitus, Cæsaris nepos: Imperauit annos LVI. Hic cum quadragesimosecundo anno imperij sui firmißimā uerißimamq́; pacē composuisset. Christus dominus in Bethlehē natus est, cuius aduentui pax ista famulata est, quemadmodum scribit Eutropius rerum Roman. lib. 7. cap. 2. & Lucas Euangelista ca. 2. refert ab hoc edictum exijsse, ut censeretur orbis uniuersus.*
Auim (*Martino Luthero in Deute. 2. annotante*) *apparet habitasse inter terram Chanaan & Aegyptum in dorso montis Seir confines Madianitis.*
Auim *oppidum in tribu BenIamin, Iosue* 18.
Aulon *autore Hieronymo in heb. locis, non Græcum ut quidam putant, sed Hebræum uocabulum est, Appellatur autē uallis grandis atq; campestris in immensam longitudinem se extendens, quæ circundatur ex utraq; parte montibus sibi inuicem succedentibus & cohærentibus, qui incipientes à Libano, & ultro usq; ad desertum Paran perueniūt. Suntq; in ipso Aulone, id est ualle campestri urbes nobiles, Scythopolis, Tyberias, stagnumq́; prope eam: sed & Iericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit.*
Avuith *ciuitas regalis Idumææ, quæ nunc Gebalene, in qua sedit Hadad rex, Gene. 36. 1. Paralip. 1.*
Aza *Stephana dicta est Gaza Palestinæ ciuitas iuxta*
Aegy-

Aegyptum Chananæorũ limes olim in tribu Iudæ fuit. Gene.10. Deutero.28. Iosua 10.11.15. Iudic.16. 1.Reg.6. De hac satis plura Raphael Volater. lib.11. Geographiæ & infra in Gasa

Azalia *filius Mesulam, genitor fuit Saphan Scribæ Iosiæ regis, 4.Reg.22.2.Chron.34.*

Azal *ciuitatis nomẽ, cuius meminit Sacharias ca.14.*

Azel *è tribu BenIamin, filius Eleasæ de genere Saul, 1. Chron.9.& 10.*

Azem *locus in tribu Iuda, Iosuæ 15. est quoq; in tribu Simeon, Iosuæ 19.*

Azidatha *filius Haman Iudæorum hostis in Susan à Iudæis est interfectus, Ester 9.*

Azmona, *aliàs Asemona, locus Iudæ uicinus, Iosua 15. terminus terræ Chanaan ad meridiem, Nume.34.*

Azor, *siue Iazer, terminus urbis Amon, quæ nũc Philadelphia dicitur, diuidens eam Amorræorũ regione. et est in octauo circiter lapide eius ad Solis occasum uicus Iazer, usq; in præsentẽ diẽ pmanens, Hiero. in loc. heb.*

Azor *filius Eliachim, genitor Sadok in Christi Genealogia recensetur, Matt.1.*

B

BAal *Idolum fuit in Samaria 3.Reg.16. et Moabitarũ, Num.22. Iudic.6.8. Iosephus lib.9.cap.6. scribit esse numẽ Tyriorum. De hoc Iudic. 2. Hiere.23. Oseæ 1. Sopho. 1.4. Reg.10. Græci Martem putant.*

Baalim *Deus fuit gentium, quem aliquoties sequuti sunt Iudæi, Iudicum 8. quem deinceps Samuelis iussu sustulerunt, 1. Regum 7.*

Baal Sebub *Idolum Accaronis est, quod Abasia consuluit, 4. Reg. 1. id est maritus muscarum. Vnde etiam Iosephus li. 9. ca. 2. antiq. Muscam uocat, Matth. 10. pro Diabolo usurpatur. Vide infra Beelzebul.*

Baal Peor *Idolum Moabitarum turpissimum, Deut. 4. 5. Vide Lutherum ibidem Hoseæ 9. Pomeranum in Psalmo 106. Nume. 25. cui etiam Israël seruiuit, Hieron. & alij Priapum fuisse perhibent.*

Baal *filius Reaia è tribu Rubenia, 1. Chron. 6.*

Alius de stirpe Beniamin filius Ieiël patris Gibeonis 1. Chron. 9. & 10.

Baalis *rex fuit Ammonitarũ iuxta Hieremiã, ca. 40.*

Bal Adan *rex fuit Babyloniorũ genitor Merodach, 4. Reg. 20. Iesaiæ 39.*

Baal Meon *ciuitas Ammorræorum, quæ sorte obtigit tribui Ruben, Nume. 32. Iosua 13. 1. Chron. 6. Ezech. cap. 25. eam inter urbes Moabitarum numerat, Eadem infra BethBaal Meon appellatur.*

Baal Hamon, *loci nomen, quæ à uinea commendatur, Cantic. 8.*

Baal Gad *urbs est in terra Chanaan, Iosuæ 11. 12. sub monte Hermon, Iosua 13.*

Baala *urbs in tribu Iudæ 1. Chro. 5. quæ aliàs Kiriath Iarim & KiriathBaal appellatur, Iosua 15.*

Baala

Baala *mons ad tribum Iudæ pertinens, Iosuæ 15.*
Est etiam alius locus tribus Iudæ, aliàs Abala, Iosuæ. 15. dictus.

Baalath *urbs sortis Simeon, Iosuæ 19. & urbs in tribu Dan, Iosuæ 19. quam Salomon splendidis exornauit ædificijs 3. Reg 9. 2. Chron. 8.*

Bala, *uel Bilea urbs in tribu Simeon, Iosuæ 19. 1. Chr. 7*

Baale Hermon *mons Chananææ terræ, Iudic. 3. circa Libanum in Palestinæ finibus, ad quem dimidia tribus Manasse habitauit, 1. Chronic. 6.*

Baal Berith *idoli nomen, è cuius phano septuaginta pondo argenti porrecta sunt Abimelech filio Gideonis, Iudicum 9.*

Baal Zephon *locus est in Aegypto iuxta Habiroth, quartam mansionem Israëlitarū, Nume. 33. Exod. 14. Iosephus li. 2. cap 13. antiq.*

Baal Thamar *uicus iuxta Gibea in tribu Beniamin ubi Beniamitæ cæsi sunt à reliquis Iudæis, Iudic. 20.*

Baal Prazim, *id est uiri diuisio, locus terræ Chanaan sic dictus, quæ illic scissi & occisi sunt Philistæi à Dauidis exercitu, 2. Reg. 5. 1. Para. 13. meminit etiam huius Iesaias cap 28.*

Baal Hanan *patre Achbor rex Idumæorum, Gene. 36. 1. Paralip. 1.*

Alius Gaderites præfectus fuit oliuetorū & ficetorum Dauidis, 1. Chronic. 28.

Baal Hazor *locus est infra Ephraim, in quo ab Ab-*

solone pecora tondebantur.2.Reg 13.

Baal Salisa uilla est Hieronymo ad Aquilonem Diospoleos. Vnde uenit homo cum muneribus ad Helisæum prophetam 4.Reg.4.

Babylonem esse duplicem, Cosmographorum consensus est: una in Assyria siue Chaldæa in campo Synear caput regni Chaldæorũ, regia Nimroth, sita ad orientem terræ Iuda, quæ à confusis labijs nomẽ habet, testes Moses, Gene.10.& 11. Ioseph.lib.1.cap 9.anti.Iud. Augustinus lib.16. cap.4. de ciuitate dei. Plura de hac Babylone lege apud Piniũ in 6. natural.histo.cap.26. Strabo.lib.15.& 16. Herodot.lib.1. Pompo. Melam lib. 1. Ammia. Marcellinũ in 23. Ptole.li.5.ca.20.& 6.cap. 26. Ab hac & regio circumposita Babylonia uocatur. In hac populus Iudæorũ septuaginta annorum captiuus retentus fuit, iuxta prophetiam Hiere.cap.25. per Nebucadnezar regem Babyloniorũ transmigrare coactus 4.Reg. 25.& 2. Chron.36. Nunc Seleutia uocata Straboni lib.16. Geogra. & Stephano de urbibus. Ipsa Babylonia Mesopotamiæ cõiuncta est inter Euphratis ipsius conuersiones australior est Syriam tamẽ Ptolemæo, Plinioq; non excedit autor Raphael Volater.lib.11.geographiæ. Plin.lib.6.cap.26.naturalis histor. Strabo in 16. refert eam Tigri & Euphrate irrigari.

Altera in Aegypto sita, uel Aegypto proxima in finibus Arabiæ iuxta Heliopolim & Aphrosiopolim, Arabum lingua Chayrum illã uocant, nunc Alkayr dicitur.

Soltani

Soltani sedes. Ex hac urbe diuus Petrus priorẽ suũ scripsit Epistolam, ad Christi fideles sparsos per Pontũ, Galatiam, Capadociã, Asiam, & Bythiniam. Hæc à Ptolemæo tabula, 3. Aphricæ ca. 5. Babylis appellatur, de hac Raphael Volater. li. 12. & Ioseph. li. 2. ca. 13. antiq. Iud.

Babylonicam captiuitatem prædixerũt Prophetæ, Iesaiæ 5. & 7. Hierem. 25.

Contra Babel prophetia est, Iesaiæ 13. 14. 21. 40. Hierem. 50. 51. Apocalyp. 14. 16. 17. 18. Ibidem & Babylonicæ meretrici mentionem reperies.

Baena filius Ahilud præfectus fuit Salomonis in Thaenach Megiddo, & BethScan, 3. Reg. 4.

Alius eiusdem nominis redux è captiuitate Babylonica in Iudæam, Esræ 2. genitor Zadock, Nehem. 3.

Baena filius Husai præfectus Salomonis in tribu Asser, & in Aloth, 3. Reg. 4.

Baena redux è Babylonica captiuitate, Esræ 2. Neh. 7

Baena & Rechob filij Rimon Berothitæ principes militiæ filij Saul, occiderunt Isboseth, occisi & ipsi à Dauide, 2. Reg. 4. Iosephus lib. 7. cap. 2. antiq.

Baena genitor Heleb Netophathites, 2. Regum. 23. 1. Chronico. 12.

Baera uxor Seharaim uiri è stirpe BenIamin, 1. Chr. 8

Bael Iada Dauidis fuit filius uelut legis, 1. Chron. 14. hic forsan est, qui 2. Reg. 5. Eliada dicitur.

Baesa filius Ahia è domo Isaschar flagitiosissimus Israëlitarum rex in Thirza, 24. regni anno mortuus atq; sepultus

pultus est,3.Reg.15. Ioseph.li.8.cap.12.antiq.2. Chro. 16.hic omnem domum Ierobeam percußit, ne una anima dimissa.
Bahurim *locus terræ Chanaan, quousq; Palti filius Lais uxorem suam Michal deduxerat, redeuntē ad David priorem maritū 2. Reg.3. in tribu BenIamin, ut Hebræo commentatori super Samuelem uisum est, illuc uenit rex David cum persequeretur à filio 2. Reg. 16. Ab hoc loco fuit Simei,2.Reg.16.& 3. Reg.2.*
Baith *excelsum est Moabitarum, Iesaiæ 15. ubi Idola colebantur.*
Bakbakar *carpentarius siue faber lignarius in domo domini in Hierusalem è tribu Leui fuit,1.Chron.10.*
Bakbuk *ex Nethinim redux in terram Iuda è Babylonica captiuitate, Esræ 2. Nehem.7.*
Bakbukia *Leuita in Hierusalem post Babylonicum exilium, Nehem.11.12.*
Balak *filius Zipor, Rex Moabitarum pugnauit contra Israëlem & Bileam augurem consuluit, Nume.22. 24.Iosuæ 24.Iudic.11.Apoca.2.Micheæ 6.*
Bamoth Baal *ciuitas sortis Ruben,Ios.13.Num.21. & 22.scribit,Mose Iudæos habuisse mansionem in ea.*
Bani *Leuitici generis uir filius Samer,1. Chron.7. Alius è stirpe Iuda,1.Chro.10.*
Banai *filius Henadad in readificanda Hierusalem ad iuuat,Nehem.3.*
Bani *Iudæus,cuius filij alienigenas uxores repudiaue-*
runt

runt. Esræ 10. Nehemiæ 9. Fuit & Leuita huius nominis, Nehe. 10. & 11.

Bani Gadites robustus Dauidis. 2. Reg. 23. Ipse est Mibehar, 1. Chro. 12. iuxta Hieronymum.

Alius Bani redux cū suis in Iudeā è Babel, Esræ 2.

Banaia filius Ioiada de Kabzeel custos corporis Dauidis fuit, 2. Reg. 8. 1. Para. 19. 28. Iosephus lib. 7. cap. 5. anti. super Chreti & Plethi cōstitutus princeps, 2. Re. 20. hic inter fortes Dauidis nūeratur, 2. Reg. 23. deinde à Salomone princeps militiæ, 3. Reg. 2. constituitur.

Bared nomē loci in deserto Sur, ubi fons aquæ iuxta quem Hagar plorauit. Gen. 16.

Barsillai Gileadithes è Roglim uir senex atq; diues attulit Dauidi necessaria, 2. Reg 17. multa de eo, 2. Reg. 19. & 3. Reg. 2.

Barsillai Maholothites genitor fuit Adrielis generi Saul, 2. Reg. 21.

Barsillai sacerdos, qui ex Babylonica captiuitate rediijt in Iudæam: sed quia genealogiam suam ignorabat sacerdotio priuatus est, Esræ. 2. Nehe. 7.

Bariah filius Semaia, 1. Paralip. 3.

Baruch filius Neriæ filij Mahasiæ propheta domini De quo Hier. 32. hic scripsit ex ore Hieremiæ omnes sermones domini, quos locutus est ad eū in uolumine libri & legit in domo domini coram omni populo, Hier. 36. Extat huius prophetia inter apocryphas scripturas.

Alius Baruch filius Sabai reparauit muros Hierusalem, Neh. 3.

Fuit etiam sacerdos Baruch post Babylonicā captiuitatem, qui obsignauit fœdus populi cum deo, Nehe. 10. & 11. Baruch filius Chal Hose scribitur.
Barak filius Abinoam de Kedes Naphthali iussu Deboræ contra Iabin Regem Chanaan pugnat, Iudicū 4. Hic Hieronymus in quæst. hebr. alio nomine Lapidoth appellatur. Huius fides, Heb. 11. commendatur.
Barkom e Nathinæis redux è captiuitate, Esræ 2. Nehemiæ 7.
Baracheel de Bus genitor fuit Elihu impij hominis, qui plurima inuide cōtra Hiob locutus est, Hiob. 32
Barsabas cognomento iustus, qui & Ioseph discipulus quidā Christi fuit, de quo Actorum 1. uidetur is esse qui cum Paulo, Barnaba, & Sila Antiochiam missus est ad fratres, Actorum 14.
Barrabas perditus latro et homicida absoluitur Christus innocentiss. & innocentia ipsa in crucem agitur. Matth. 37. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 18.
Barachia genitor Zachariæ iusti & timētis dominū quē Iudæi inter tēplū & altare occiderūt, Mat. 23. quē binomiū fuisse ferūt, alias Ioiada appellatū. 2. Chr. 24.
Barnabas Leuites Cyprius genere, agri uenditi precium ad pedes apost. posuit, Acto. 4. Hic cū Paulo gentium apostolus ordinatus fuit Antiochiæ, Acto. 13. Vnde quia Cyprius erat discedens, postea à Paulo patriam repetit insulam, Acto. 15. Huius non raro meminit apostolus 1. Corinth. 9. & Gala. 2.

Bartho-

Bartholomæus *unus è duodecim apostolis Iesu Christi ad prædicandum euangeliũ emissus, Matth.10. Marci 3. Lucæ 6. Acto.1.*

Bartimæus *filius Timæi cæcus iuxta Iericho urbem mendicans à Christo, uisum recipit, Marci 10.*

Bariehu *magicæ artis professor apud Paphon insulã mire dementãs plebem Sergiumq; Paulum procõsulem præstigijs incãtans & seducens, cum Paulo Barnabæq; opposuisset se, tactus est cæcitate, Acto.13.*

Barhumi *locus natalitius Asmaueth, q fuerat unus fortiũ Dauidis ceu legis, 2.Samuelis 23. & 1.Chro.12.*

Basmath *filia Salomonis facta est uxor Ahimaaz 3. Reg.4, Iosephus lib.8.cap.2.antiq.*

Basmath *uxor Esau, filia Elom Hethæi, Gen.27. & 36. soror Nebaioth.*

Basan *ab Oriente Iudææ trãs Iordanem ora regnum Og regis Amorræorum, pascuis et nemoribus abundãs cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse, Iosua 4.12.13 22. & in hæreditatẽ filiorum Gad, 1.Chro.6. abundat quercubus Iesaiæ 2.33. Ezechielis 27. Michææ 7. Nahũ. 1. Zachariæ 11. Psal.21 68.*

Alias *terra Rephaim, id est gigantum dicta, Deuter.3 quam postea de suo nomine Iair filius Manaßis Auothiair cognominauit, Num.32. Iosuæ 13.*

Basek *locus terræ Chanaã, ubi Saul pugnaturus contra Ammonitas recensuit exercitum, 1.Reg.11.*

BathSeba *filia Eliain uxor Vriæ Hethæi, Matth.1.*

cum

cum qua David *adulteriũ commisit*, 2. Reg 11. *Vide Titulum* Psalmi 51. *Hæc Salomonem peperit, cui regni succeßionẽ impetrauit*, 3. Reg 1. *hæc* 1. Paralip. 3 *filia Sua uocatur filia* Ammiel.

Bathrabbim *loci nomen, cuius fit mentio*, Cant. 7.

Bazeluth *fuit unus è* Nethinim *redux*, Esræ. 2. Nehemiæ 7.

Bazekath, *uel* Baschat, *ciuitas in tribu* Iuda. Iosue 15. 4. Reg. 22.

Bazra *urbs regia* Idumæorum, *unde erat* Iobab *rex* Edom, Gen. 36. 1. Paralip. 1.

Bealia *socius & adiutor* Dauidis *è stirpe* BenIamin, 1. Chro. 13.

Bealoth, *siue* Baloth *urbs tribus* Iudæ, Iosue 15. tertio Regum quarto.

Beaschra, *aliàs* Bosrã *urbs in tribu* Manasse, *Leuitis conceßa in regione* Basan, Iosue 21.

Bebai *cum suis redux uenit in* Idumæam *è* Babylonica *captiuitate*. Esræ 2. & 8. Nehem 7. *huius filij alienigenas uxores repudiauerunt*, Esræ 10.

Becher BenIamin *filius, qui & ipse* Aegyptum *perrexit*, Gen. 46. 1. Chro. 8.

Alius Becher *filius* Ephraim, *à quo familia* Becheritarum, Num. 26.

Bechorath *atauus* Saulis *regis* Hebræorum *de tribu* BenIamin 1. Reg. 9.

Bedad *genitor* Hadad *regis* Idumæorũ, Gen. 36. 1. Paralip. 1.

Bedam

Bedam *filius Vlam è tribu Manasse,1.Chro.8.*

Bedan *qui eruit Israël de manu inimicorum suorum 1.Reg.12. Hieronymus in quæstion.hebr.esse Simsonem memorat.*

Bedia *filius Bani uxorem suam alienigenam abiecit, Esræ 10.*

Beelzephon, *uide supra Baalzephon.*

Beelzebul *Idoli nomen fuit in Ekron ciuitate Philisteorum spurcißimũ 4.Reg.1. quod à gentibus Priapus dicebatur simulacrũ turpe, sed cultu gentili lõge turpius, aliàs etiã Baalpeor appellatũ, quo semel initiati sunt Israëlitæ, Num.25, & Deut.4. Psal.106. uelut supra adnotatũ est, Hieron. indicat idem esse Bel, Beel, & Baal. & significare maritũ. Zebul uero muscam, quasi dicas idolon maritũ aut regem muscarũ, quæ aduolabant ob sordes immolaticij sanguinis, quo nomine Diabolõ appellabãt Iudæi, quia is sine dubio in statua colebatur, utcunq; impij finxissent hunc esse cultũ dei, & Christum Iesum dei filiũ etiã hâc calumnia notarũt, quod in Beelzebul principe dæmoniorũ pelleret diabolos, Matthæi 10, & 12. Marci 3. Vide supra BaalSebub & BaalPeor.*

Beer Lachai roi, *fons est inter Kades & Bared situs, ab Hagar ancilla Sarai sic uocatus, Ge. 16. Latinè sonat fontem uiuificãtis & uidentis me.*

Beer *urbs hæreditatis Simeon, Iosuæ 19.*

Beera *filius Baal è Ruben tribu, quem captiuũ abduxit ThiglethPilleser rex Assur, 1.Chro.6. princeps fuit Rubenitarum*

Beera *filius Zophah de genere Asseris,* 1. *Chron.* 8.

BeerSeba *locus tribus Iudæ in terra Idumæorum, quæ est Palæstina, Iosuæ* 15. *Iud.* 19. *Iosephus lib.* 8. *cap.* 13 *Iudaicarũ antiquitatum finis atq; terminus terræ Israë lis ab austro,* 1. *Samuelis* 3. *&* 2. *Samuelis* 24 3. *Regum* 19. *Hæc & in sortem filiorũ Simeonis cecidit, Iosua* 19 1. *Chron.* 5. *A iuramento & percusso fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar, Gen.* 21. *Similiter Isaac cũ eodem Abimelech, Gen.* 26. *nomẽ habẽs. Beer enim fon tem significat. Saba iusiurãdũ, uel septẽ, q; septẽ agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit, Ge.* 21. 26. *illic iũdicabãt Ioel & Abia filij Samuelis sinistræ.* 1 *Regũ* 8. *Hanc nunc Barbari Gibelinam nominant autore Volatet. li.* 11. *eodem loci habitauit aliquãdiu Isaac, Gene.* 28. *hanc Ptole. Bersanã appellat, Vide Hieron. in locis heb. Est in finibus Iudææ & Aegypti, Amos* 5. *Nehe.* 11.

Beeroth *ciuitas Heuæorũ, Iosuæ* 9. *non longe ab Ai spatio trium dierum in tribu BenIamin, Iosuæ* 18. 2. *Regum* 4. *Inde Beerothites.* 2. *Reg.* 23. *Esræ* 2. *Nehe.* 7.

Beerellim *ciuitas in extremis finibus Moabitarum, cuius fit mentio, Iesaiæ* 15.

Beeri *genitor Hoseæ prophetæ fuit, Hoseæ* 1

Behemoth *multitudinẽ animaliũ terrestriũ significat: At plerũq; satanæ potentiã significat, Hiob.* 40.

Bel *idolon fuit Babyloniorum, de quo Hiere* 50, *huius demolitionem prædicit Hiere. cap.* 51. *Iesa.* 45. *Dan.* 14.

Bela *filius Asan de tribu Ruben, habitauit in Aroer,* 1. *Chro.* 6

Bela, *id est deuoratio, quæ & Zoar & Segor, ciuitas est Pētapolis, quæ ob preces Loth fuit cōseruata, ne una cū Sodomiticis ciuitatibus diuino absumeretur incēdio, Gen. 14. 19. Scribit Hieron. in heb. quæst. hanc alias Salissam nominari. Vide etiam in locis hebraicis.*

Fuit & Bela rex Idumæorū, patre Beor satus, Gen. 36 1. Paralip. 1

Item primogenitus Bēlamini filius quoq; sic dictus est, Gen. 46. 1. Para. 9. A quo Balæi familiæ cognomē uenit Numeri 26. hic unà cum Israële Aegyptum concessit, Gen. 46. & 1. Chron. 8. Num. 26

Belial, *id est malignus, siue malitiosus & iniquus in scripturis pro diabolo sumitur 2. Corinth. 6. sic dictus à bli, id est, non & Iaal, id est, proficit, ut qui ad nocendū alijs tantūmodo uiuat. Inde filij Belial, Deut. 13. Iudic. 19. 2. Reg. 20. 23. Nahum 1*

Belschazar, *qui & Daniel propheta dei captiuus in Babyloniam ductus, Danielis primo.*

Ben Iamin *filius Iacobi Patriarchæ ex Rahele coniuge, qui primo ben Oni, hoc est doloris filius à matre appellatus est, nā ipsa statim edito infante, diē obijt. Iacob uero uocauit puerū ben Iamin, id est, filiū dexteræ: natus est in Mesop otamia. Gen. 35. & 1. Chron. 9. filios habuit belam, becher, Asbel, Ahiran, aliàs Gera, Noha idem & Naaman & Rapha, alibi Ehi appellatum. Ros, Mupim, Hupin, & Ard. Gen. 46. cum quibus in Aegyptum descendit, Num. 26*

Ab isto

Ab isto tribus BenIamim nomē sortita est, de qua sorte ac tribu ita scripsit Ioseph. lib. 5. cap. 3. antiq. Iudaic. BenIamitæ sortiti sunt à Iordane flumine, usq; ad mare longitudinem, latitudinē uero quæ Hierosolymis, Bethelisq; terminatur. Hæc autem sors angustißima fuit, propter terræ felicitatem. Hiericho enim & Hierosolymitarum tulerunt urbes. hæc ille.

Vrbes uero, & termini tribus BenIamin in sacris scripturis sunt sequentes.

Iericho	Haphur
Beth Auen	Aphra
Luza ipsa est	Caphar Amonai
Bethel	Aphni
Ataroth Adar	Gaba
Beth Horon	Gibeon
Kiriath Baal, hæc est	Ruma
Kiriath Iearin	Beeroth
terminus BenIamin	Mizpe
ad Occidentem	Caphira
Nephthoah	Moza
Ge Hinnon	Relem
Rogel	Ierpeel
En Semes	Thareala
Adumin	Zela
Bohen	Eleph
Beth Hagla	Iebus quæ est Hierusalem
Emick Kezin	Gibeath

Beth

Beth Araba	Kiriath
Zemaraim	Ista oppida recensuit Iosua cap.18
Auim	
Ono	Githaim
Lod	Hadith
Habes 1.Chro.9	Ziboim
Michmas	Neballat
Aia	GeCharasin
Nob	Nehemiæ cap 11.addidit
Anania	Hazon

Fuit alius BenIamin filius Bilhan Ben Iamitæ 1. Ch.8

BenIamin filius Harim alienigenam uxorem repudiauit, Esræ 10. ædificat in reparāda Hierusalem, Neh.3

Ben Ammi filius Loth ex iuniore filia, ab hoc Ammonitæ primo nomen sumpserunt, Gen.19

Ben hadad genitore Tabrimon satus Syrorum fuit rex, 3.Reg.15.20.4.Reg.6.8.Amos.1. habitauit in Damasco, 2.Chro.16.Hiere.49.

Ben hadad quoq; Syriæ rex patrem habuit Asahel 4.Re.13.Ioseph.li.9.ca.8.antiq. Addan uocat, Amos.1

Benaia Pirgathonites Dauidis fuit robustus, 2.Reg. 23.1.Chro.12.28.è filijs Ephraim.

Benaia filius Ioiada post Ioab princeps militiæ fuit exercitus Salomonis, 3. Reg 2.& 4. supra appellatus Banaia, 1.Chro.12.& 19.& 28

Benaia clarus uir è tribu Simeonis, 1.Chro.5.

Alius è Leui Psaltes Dauidis ianitorq; tabernaculi, 1. Chron.16

Alius Leuita sub Iehisлia,2.Chro.31.
Alius Benaia genitor Iaasaniæ principis Iudæorũ,Eze. 11. Alius filius Pareos hic cum cæteris alienigenas uxores abiecit,Esræ 10.
Benaia filius Bani alienigenam uxorem quoq; repudiauit,Esræ 10.
Benhail princeps Iosaphat regis, emissus cum alijs ad legem docendam,2.Chro.17
Benhinnom uallis in sorte tribus BenIamin filiorũ Hinnom,aliàs Tophet,Hiere.7.& 19.32
Beninu Leuita post Babylonicã captiuitatẽ.Neh.10
Ben Hanan filius Simonis è tribu Iudæ,1. Para.4.
Benui Leuita,cuius filius Noadia in ministeriũ templi constituitur post captiuitatem Babylonicam Esræ 8. Alius Benui filius Pahath Moab, alienigenam uxorem repudiauit,Esræ 10.
Benni filius Bani alienigenam suam uxorem repudiauit,Esræ 10.
BenSoheth Iesæi filius è stirpe Iuda,1.Para.4.
Beon ciuitas est Amorræorum ultra Iordanem, quæ à Mose lib.4.cap.32.è fertilitate commendatur.
Beor genitor fuit Bela regis Idumæorum,Genesis 36 1.Paralip.1
Alius Beor genitor Bileami auguris, Nume.22.Michea 6 Iosua 13.& 24.Alijs Bosor dictus,2.Pet.2
Ber, siue Bera urbs in terra Chanaan, ad quam fugit Iotham à facie Abimelech,Iud.9.

Bera

Bera *rex Sodomorum, Gen. 14*
Bered *filius Sutelah, filij Ephraim, 1. Chron. 8*
Berechia *filius Simea è stirpe Leuitica genitor Asaph cantoris Dauid, 1. Chro. 7. hic erat filius Assa, filij Elkanæ, 1. Chro. 10 fuitq; ianitor Arcæ, 1. Chro. 16.*
Alius *filius Meseſabeel, Neh. 3*
Berechia *filius Zerubabelis, 1 Para. 3*
Alius *eiusdem nominis filius Mesillemoth princeps filiorum Ephraim, 2. Chro. 28*
Fuit *eiusdē nominis filius Iddo genitor Barachiæ prophetæ, Zache. 1*
Berbarak *als Banetbarak urbs in tribu Dan, Iof. 19.*
Beri Hethæus *genitor Iudith uxoris Esau, Ge. 27.*
Beri *filius Zophah ex Asseris tribu, 1. Chro. 8.*
Berith *idolum Sichimorū, Iudic. 9. Vide Baalberith.*
Bernice *Herodis Agrippæ filia, soror Agrippæ regis Iudæorū, & uxor quoq;. De qua Iosephus li. 19. ca: 8. antiq. Iud. in Strabo 16. geographicorum. Alijs Beronice appellatur Aegesippo in 2. cap. 8*
BerodachBal Adan *filius Bal Adan rex Babyloniorum, misit munera ad Iechiskiā regem Iuda, Iesaiæ 39. hic 4. Reg. 20. Merodach appellatur. Sunt qui putēt hunc fuisse filium Assar haddon regis Assyriorum.*
Beroth *fuit una mansionum filiorum Israël in deserto, Deut. 10. iuxta BneIakan & Mosera, Num. 33.*
Berotha *terminus est Israëliticæ terræ, Ezech. 47. unde Berothites. 1. Chro. 12*

Berothai *ciuitas Hadad Eser regis Zoba, 2. Reg. 8. At istæ ciuitates uocãtur 1. Ch. 19. Tibchath et Chũseer.*

Berrhoea *ciuitas in Macedonia ad Citarũ montẽ, iuxta Haliacmonem sita, quæ uerbum domini nobiliter accepit, quẽmadmodũ Lucas, Acto. 17. scribit. De qua Volater. lib. 8. Geographiæ, ex hac fuit Sopater Pauli comes, Acto. 20.*

Bessæi *fuit unus è Nithinim redux è captiuitate Babylonica, Esræ 2. Nehe. 7.*

Besek *Chananeæ urbs regia quam expugnauit Iudas capto rege Adonibezek suæq; ditioni subiecit Iud. 1. Saul recensuit ibidem exercitũ contra Ammon, 1. Reg. 12. De hac Hieron. in ecloga.*

Besodia *genitor Mesullam, Nehe. 3.*

Besor *torrens est in regione Palæstinorũ iuxta quem Dauid reliquit ducẽtos uiros persequẽdo Amalechitas 1. Reg. 30. Diuus Hieron. Besur turrim esse scribit.*

Beten *aliàs bethen urbs in tribu Asser, Iosuæ 19.*

Bethel *olim Lus siue Luza, dicta urbs, est in terra Chanaã in sorte tribus BenIamin, Gen. 12. 28. 35. Iosuæ 18. Iud. 1. in monte Ephraim, Iud. 4. 1. Chr. 8. cui nomẽ imposuit Iacob patriarcha, Gen. 28. nõ lõge à Hierusalem. De hac plura Hier. in Heb. quæst. et locis Hebra.*

BethAuẽ *urbs Chananeæ terræ in tribu Ephraim id est filiorum Ioseph. ubi uitulos erexerat Ierobeam 3. Reg. 12. Hoseæ 10. Iosuæ 18. in tribu BenIamin collocatus. De hac Iosuæ septimo. Et misit Iosua uiros à Hiericho Hai*

cho Hai,quæ est apud bethauen ab Oriente habens bethel,Hoseæ 4.& 5.

Betonim *urbs in tribu Gad,Iosuæ 13.*

Betharam *urbs in tribu Gad,Iosuæ 13.ante hac ciuitas Amorræorum,Num.32.*

Bethoron *ciuitas est terræ Chanaã.quæ ducta sorte tribui Ephraim obtigit,quemadmodum legis Iosuæ 16. 1.Chro.7.hæc Leuitis cõcessa est, Iosuæ 21.à Serra filia Ephraim ædificata,1.Chr.8.et 2.Chr,8.ipsam Salomõ reparauit 3. Re.9.Est supioris simul et inferioris bethoron paßim in scripturis mẽtio, Ios.16.18.et alias nõ ra*

Bethul *siue bethuel ciuitas,quam filij & tribus (ro. Simeon possederunt,Iosuæ 19.1.Chro.5*

Bethuel *Syrus de Mesopotamia filius Nahor ex Milca fratris Abrahæ,hic habuit Rebekam filiam,Gen.22. 25.& Laban filium,Ioseph.l b.1.cap.14.antiq.*

Betha Marcaboth *urbs in tribu Simeon , Iosuæ 19.à curribus nomen habens,1.Chro.5.*

Beth Lebaoth *alias bethlepaboth , urbs in tribu Simeon,Iosuæ 19.id est domus Leonum.*

Betah *ciuitas fuit Hadad Ezer regis Zoba,quam Dauid expugnans multo ære spoliauit,2.Reg.8. Ioseph.libro 7.cap,5.antiq.uocat has urbes baacban et Machon.*

Beth Nymra *in tribu Gad, Iosuæ 13. Num.32.fuit ciuitas Amorræorum.*

Beth Semes *ante Abel dicta Hiero. teste in quæst.*

Hebraicis, 2. Chro. 25. Ioseph. li. 6. ca. 1. *urbs ad tribum Iuda, Iosue, 15. ptinens quæ postea filijs* Aaronis *leuitis scilicet est aßignata, Iosue 21 1* Reg. 6. 1. Chro. 7. 4. Re. 14. *Est alia in tribu* Naphthali, *Iosue 19. è qua pristinos habitatores nõ potuit expellere tribus* Naphthali, *Iud. 1. Numeratur præterea & alia beth Semes in sorte filiorum Isachar, Iosue 19*

Bethpalet, *uel bethpeleth, urbs tribus Iudæ, Iosue. 15. Nehe. 11*

Beth Thapuah *urbs tribus Iudæ, Iosue 15. Vide de hac* Hieron. *in locis hebraicis.*

Beth Zur, *uel beth sor, urbs in tribu Iuda, Iosue 15. in montanis sita, Iosepho lib. 12. cap. 12. anti. Huius pater fuit* Maon, *1. Para. 2. & 2. Chro. 11. Vide plurima in ecloga* Hieronymi.

Beth Aenoth *urbs in tribu Iuda, Iosue 15.*

Beth Anath *in tribu* Naphthali, *Iudicum 1. Iosue 19. è qua pristinos incolas filij* Naphthali *nõ potuerunt expellere.*

Beth Hagla *urbs in tribu Iuda, Iosue, 15. & 18. & in possessione filiorum* BenIamin, *Iosue, 18*

Bethdagon *urbs tribus Iudæ terminus Asser, Iosue. 15 Alia quoq; in tribu Asser Iosue. 19. de qua* Hiero. *in locis* Hebraicis *q inter diospolim & Iamniam sit uicus Ca-(pher Dago.*

BethScan *urbs tribus Manasse in Isa-schar & Asser, Iosue. 17. 18. Iud. 1. cuius sitũ habes 3. Re. 4 & 1. Chro. 8. quæ Stephano et Iosepho li. 5. ca. 14. anti.*

Scyto-

Scytopolis appellatur, in hac corpus Saulis suspenderũt Phil stini, 1. Reg. 31. Hieron. in quæst. Hebra. duas beth/ San fuisse scribit, 2. Reg. 21.

Bethlehem *duæ sunt una in tribu filiorum Sebulon de qua Iosuæ 19. ex hac erat Ebzan siue Abessan, Iudex populi Israëlitici, Iud. 12. Alia est in tribu Iuda ciuitas Dauid, è qua fuit Leuita, cuius uxorem illicito cõcubitu necarunt Gibeonitæ, Iud. 19. ubi rex Dauid habitabat, 1. Re. 16. Hæc fu t patria Iesu Christo, Micheæ 5. Matth. 2. olim dicta Ephrata, Gen. 35. & 48, Hanc Rehabeam ædificijs muniuit, 2. Chro. 11. Vide multa de hac in locis Hebraicis. Esræ 2.*

Bethpazez, *alias bethphazes, urbs in tribu Isa/ schar, Iosuæ 19.*

Beth Emek, *alias bethemeth, urbs in tribu Asser, Iosuæ 19*

Beth Baal Meon *in tribu Ruben, Iosuæ 13. Num. 32. Hiere. 48. Ezech. 25. 1. Chro. 6*

Beth Meon *ciuitas est Moabitarum, Hiere. 48.*

Beth *Peor in tribu Ruben est in terra Moab, Nume. 25. Deut. 3. & 4. Iosua 13*

Beth Haiesmoth *in campestribus Moabitarum iuxta quæ castramentati sunt filij Israël, Num. 33. Cessit sorte Rubenitis. Iosua, 12. & 13. Ezech. 25*

Beth Sita Zereratha *locus Palæstinæ quo fugie/ runt Midianitæ persequentem Gedeonem, Iudicum 7: LXX interpretes habent, Bethasetta.*

Beth bara *locus est in terra Chanaan,Iud.7. à Gideone expugnatus.*

Beth araba *erans Iordanem,ubi Ioannes baptizabat,Ioan.1. Est eiusdem nominis urbs tribus Iudæ Iosuæ 15. Et in sorte BenIamin,Iosuæ 18.*

Beth rehob *locus in monte Ephraim, ubi filij Dan ciuitatem Lais ceperunt,Iud.18.*

BethCar *urbs iuxta quam filij Israël percusserunt Philistæos,1.Reg.7.*

BethArbel *locus quem Salman hostis uastauit collisis filijs cum matribus,Hoseæ,10.*

BethAphra *id est domus pulueris,locus apud Micheam,capite 1.*

BethSaida *ciuitas est Galileæ,Andreæ,Petri,Philippi apostolorum patria prope stagnum Genezereth, Ioan.1. & 12. quā Christus deplorat propter uerbi dei contemptum,Matth.11.Lucæ 10.*

BethSeda *piscina Hierosol.quæ græcis* προβατική *dicitur de qua Io.5.In quē ui.Erasmū & Ioan.brētium*

Bethphage *uillula in monte Oliueti, ad quā uenit Iesus Matth.21.Marci 11.*

Bethania *uilla iuxta Hierosolymā ferè stadijs 15.Hieron.in locis Hebra.scribit in 2.ab Aelia miliario in latere montis Oliueti,ubi dominus Iesus Lazarum suscitauit è mortuis,Ioan.11. & pernoctauit, Matthæi 21. Marci 11,iuxta quam Christus ficum execratus est.*

Beth Asmeueth *loci nomē cuius fit mētio,Neh.7*

Bethsan

Bethsan *uel Beth Sean urbs Palestinæ quæ nunc (au ctore Iosepho li. 6. cap. 14. Iuda. antiq.) Scythopolis, cu ius ciues Saulis cadauer suspenderūt in muro, 1. Reg. 31.*

Beth Birei, *1. Paralip. 5. legimus posteros Symeonis habitasse.*

Beth Gader *locus est cuius 1. Paralip. 2. fit mentio.*

Beth Gamul *ciuitas, ut ait Hieremias cap. 48. Mo abitarum est.*

Beth Charan *uicus est, cuius apud Nehemiam Hie remiamq; cap. 6. fit mentio.*

Beth Gela *ciuitas in tribu Iudæ, & eiusdem tribus ad Aquilonem terminus Iosua 15. Hæc etiam tribui Ben Iamin ascribitur, Iosua 18.*

Beth Hanan *ciuitas est, cuius mentio fit 3. Reg. 4.*

Beth Ioab *locus est, cuius fit mentio in libris Chro.*

Beth Millo *ciuitas est in tribu Ephraim, de qua Iu dic. 9. 4. Reg. 12. Vide infra Millo.*

Beth Maecha *ciuitas est, de qua supra Abel Beth Maacha, & 2. Reg. 20.*

Beth Eker, *uel Eker uicus est Samariæ, Hierony.*

Beth Rimon *locus est, cuius fit mentio, 4. Reg. 5. Lutherus domum Rimmon transtulit, quasi fit idoli proprium.*

Beth Rekob *locus est, cuius 1. Chron. 2. fit mentio Iudicum 18.*

Beth Rapha *filius Eschon de tribu Iuda, 1. Para. 4.*

Beth Marchaboth *tribus Simeonis ciuitas, 1. Chr. 5. Iosua 19.*

Beth rechab *ciuitas, cuius fit mentio, 1. Paralip. 2.*
Bezer, *siue Bozor, ciuitas fuit refugij sita in terra campestri trans Iordanem contra orientalem plagã Iericho in solitudine de tribu Ruben Leuitis data, Deute. 4. Iosuæ 20. & 21. 1. Chron. 7.*
Bezaleel, *filius Vri, filij Hur nepos Chalebis de tribu Iuda, 1. Paralip. 1. tabernaculi magistri fabrerrimus, uir plenus spiritus sapientiæ & intelligentiæ, Exod. 31. & 3. & 2. Chronic. 9.*
Alius *filius Pahath Moab: Hic uxorem alienigenam repudiauit, Esræ 10.*
Bezet *filius Zophah è stirpe Asseris, 1. Chron. 8.*
Behai *è captiuitate Babylonica cum suis, rediijt in terram Iuda, Esræ. 2. Nehem. 7.*
Biblij *Phœnices ferũtur fuisse populi 3. Reg. 5. Ezech. 27. uerum Hebræus textus habet pro hoc Gebal.*
Bichri *de familia gemini, genitor fuit Sebæ seditiosi, 2. Reg. 20.*
Bidekar *princeps tertiæ partis militiæ Iehu regis Israel, transfossum Iorã in agrũ Haboth proijcit, 4. Reg. 9. Hic à Iosepho li. 9. ca. 6. antiq. Vadracus appellatur.*
Bigeuai *redux è captiuitate Babylonica in Iudæam, Esræ 2. Nehem. 7.*
Bigtha *Eunuchus fuit Abasueri regis Persarũ, Ester (1.*
Bigthan *& Theres Abasueri regis Eunuchi ob intentatam fraudem in regem suspenduntur in arbore, Ester 2. & 6.*

Bilcath

Bikeath Auen *ciuitas est Syriæ secundũ commentatorem Hebræorum in commentario super Amos uatem cap.1.*

Bileam *filius Beor augur cõsulitur à Balak rege Moabitarum, & ad maledicendum Israëliticum populum accersitur, Nume.22. hic demũ à Iudæis peremptus fuit Nume.31. Iosuæ 13. in Mesopotamia ad flumẽ habitauit in terra populi sui. 4. Mosæ 22. lege de illo Iosuæ 24. Nehem.13. Michee 6. 2. Petri 2. in Epist. Iudæ, Apoc.2.*

Bileam *ciuitas, quæ è dimidia tribu Manaßis, Leuitis est adnumerata, 1. Chron.7.*

Bilga *sacerdos sub Dauide è filijs Aaron, 1. Chro.25.*

Bilsan *Iudæus è Babylonica captiuitate redux in terram Iuda uenit, cum alijs, Esræ 2. Nehem.7.*

Bilgai *sacerdos post Babylonicã captiuitatem in Hierusalem, Nehem.10.*

Bilschazar *rex Babyloniæ fuit: Hic Danieli cap. 5. NebucadNezer, Iosepho uero lib.10. cap.13. antiq. Iudaicarum, & Metascheni Persæ Euilmerodach patre natus est. In Babylone quinq; annis regnauit, Dani.5. 8. 4.Reg.25. hic bibit è direptis uasis templi Hierosolymitani, & regnum amittit.*

Bilha *ancilla Rahelis, peperit Iacob patriarche Dan & Nepthali, Gene.29. & 30. 1. Chron.8.*

Bilhan *filius Ezer principis Horræorũ in terra Seir, Genes.36. 1. Paralip.1.*

Fuit *alius filius Iedicelis nepos Beniamin, 1. Chro.8.*

Bilha *ciuitas tribus Simeonis,1. Chroni.5. aliàs Bala.*

Bildat Suhites *amicus Hiob, qui consulatum eum uenerat,* Hiob 2.

Bimehal *filius Iaphlet, ex tribu Asseris,1. Chron.8.*

Binea *filius Mozæ de genere Saulis tribus Beniamin, 1. Chron.9. 10.*

Binui *filius Henedad Leuita in Hierusalem post Babylonicam captiuitatem,* Nehem. 10.

Bisa *rex fuit Gomorræ,* Gene.14.

Birsavuit *locus est tribus Asseris, cuius in Paralipomenis fit mentio,1. Chro.8.*

Bislam *hostis Iudæorum, qui in Samaria præfectum agebat, Iudæos traducit falso, Esræ 4.*

Bisiothia, *uel Baziothia urbs in tribu Iuda, Iosu.15.*

Bistha *Eunuchus fuit Ahasueri regis Persarũ, Ester.1.*

Bithynia *prouincia Asiæ minoris, quæ & quondam Bebrycia Solino, & deinde Mygdonia dicta est & maior Phrygia. Ipsa flumine à Galacia disterminata, habet ciuitatem eiusdem nominis. Hec ab Heraclea Ponti usq; ad os protenditur, quo ex occidentis parte terminatur, ex oriente Sangario flumine, ab Austro, Epicteto. Ponto uero ab aquilone, hæc Raphael Volater. lib. 10. geographiæ. Vide Plinium lib.5. cap.32. Ptole.lib.5. cap.1. Strabo lib.12. Huius mentio est 1. Petri 1.*

Bithia *filia Pharaonis uxor Mared è tribu Iuda, 1. Paralipome.4.*

Blasphemus *in Israël, filius Aegyptij uiri, matre*

Selomith, è tribu Dan lapidatur, Leui. 24.

Blastus *cubicularius regis Herodis, quem Tyrij ac Sidonij præcati sunt pro pace à rege impetranda, Act. 12*

Bnelaekon, *aliâs Baneiacham locus fuit in solitudine, ubi XXVI I. fuit mansio filiorum Israël, Nume. 33. Deute. 10.*

Bnehargem, *id est filij tonitrui hoc nominis imposuerat Christus Ioanni & Iacobo filijs Zebedei, quod instar tonitrui sua prædicatione commouendi essent orbem terræ Marci 3. Græcus textus habet Boanerges.*

Boas, *siue Booz filius Salmon è Rhaab, maritus Ruthæ Moabitidis, è qua Obed peperit, Ruth 4. 1. Para. 2. Matth. 1. Lucæ 3. Est & sinistræ columnæ nomē in templi Salomonis porticu, 3. Reg. 7. & 2. Chron. 3.*

Bochim *locus, quia flendo nomen habet, deflebat enim Israël peccata & transgreßiones suas, Iudic. 3.*

Bochru *de tribu Beniamin filius Azel è genere Saul 1. Chronic. 9. & 10.*

Bohem *lapis in tribu Iuda à filio Ruben appellatus, Iosuæ 15. 18. Hebræis dicitur EuenBohan, id est lapis Bohan, terminus est tribus Iudæ, Iosua 15.*

BorAsan *ciuitas Iudææ, cuius fit mentio, 1. Reg. 30.*

Borhasira *locus tribus Iudæ, unde reuocauerat Ioab Abnerum in Hebron, ut occideret, 2. Reg. 3. Iosephus li. 7. cap. 1. antiquitatum Iudæ. legit tantum Sira.*

Bosen *loci nomen, unde erat Sthar Samariæ præfectus Esræ 5.*

Boſor genitor fuit Balaam pſeudopropheta,2. Pet.2. Vide ſupra Beor, ſic enim iuxta Hebræos appellatur.

Bozez lapis ſeu petra erat in ſtatione Philiſtinorum de quo 1. Reg.14.

Bozra, uel Bazera ciuitas eſt Moabitarũ ſecundum Hieremiam 48. & 49.

Alia Bozra eſt in Edom, quemadmodum uides Ieſaiæ 34. & 36. & Amos 1.

Braia filius Simei tribus BenIamin, 1. Chron 9.

Bria filius Ephraim natus ipſi poſt aliorum filiorum ſuorum cædem à Gethæis commiſſam, 1 Chron.8.

Alius eiuſdem nominis Leuita filius Simæi, 1. Chr.24

Bria è tribu BenIamin, princeps cognationũ habitantium in Aialon, 1. Chron.9.

Brya filius Aſieris in Aegyptũ cum Iſraële profectus eſt, Gene. 46. 1. Chronic. 8. à quo Bryaitarum familia nata eſt, Nume.26.

Brodach filius Baledan regis Babyloniorũ, 4. Reg. 20. hic aliàs Merodach Baal Adan uocatur, Ieſaiæ 39.

Buki è tribu Leui, filius Abiſua, nepos Pinehas. 1. Chronic.7. Eſræ 7.

Fuit alius Buki filius Iagli, princeps tribus Dan, qui fuit diſtributor cum alijs terræ promiſſæ, Nume.34.

Bukia filius Heman cantoris Dauidis, 1. Chron.26.

Buna filius Ierahmeëlis filij Hezronis, 1. Para.2.

Buni Leuita fuit poſt Babylonicam captiuitatem, Nehemiæ 9. & iam quidam princeps populi, Nehem.10.

Alius

Alius Leuita, Nehemiæ 11.

Bus, *uel Buz, locus in terra Kedar, cuius Hiere. ca. 25. recordatur, fortaßis à Bus filio Nahor ex Milcah uxore nomē inuenit, De quo Genes. 22. hinc etiam Elihu, qui cōtra Hiob inuide loquebatur, Hiob 32. oriundus fuerat.*

Bus *fuit pater Iahdo è tribu Gad, 1. Chron. 6.*

Buzi *sacerdos, genitor fuit Ezech. prophetæ, Eze. 1.*

C

CHabon, *uel Tebbon, locus in tribu Iuda, Iosuæ 19.*

Cabul *regio Galilææ est, quæ Iosepho li. 8. cap. 5. antiq. Iudaic. lingua Phœnicum à displicendo. Aurigallo à terra tenaci, ob copiam argiliæ qua figuli utuntur, nomen accepit. Hanc Salomon Hiram regi Tyri dedit, 3. Reg. 9.*

Est Cabul quoq; ciuitas tribus Asseris, Iosua 19.

Chabor *flumen in terra Chaldæorū, apud quod Ezechiel uisionē uidit, Ezech. 1. Hoc quidā Euphratē interpretantur: Alij Aborrā putāt, De quo Ptole. et Strabo.*

Cadesbarnea *ciuitas regionis Moabitarū, Iosua 11. uicina terræ, siue tribui Iuda uersus austrū, hoc est, meridiem ad montē Amorræorū limes terræ, Nume. 34. Iosuæ 15. Vnde Moses ad explorandam terram emisit, Nume. 13. 14. Iosuæ 11. 14. Deute. 1. ubi Iudæi permanserunt usq; ad XXXVIII. annum, Deute. 2. ab hac Iosua cœpit percutere gentes, Iosua 10.*

Chahath *filius Leui, qui cum Israële in Aegyptum profectus est*, Gene. 46. 1. Paralip. 7.

Caiaphas *pontifex Hierosolymitanus, impius homo qui de Christo perdendo consiliũ dedit, quod expediret unum hominem mori, ne tota simul gens pereat*, Ioan. 11. & 18. Iosephus *antiq. Iudaic. li. 18. cap. 4. & 8. Hunc Iosephum quoq; appellatum refert*, Actor. 4. *hic cum alijs apostolis prædicationem Euangelij interdixit.*

Cainan *Enos filius*, 1. Chron. 1. *qui postquàm uixisset* 900. & 10. *annos; defunctus est uita*, Genes. 5. Iosephus *lib. 1. cap. 5. antiq. Iudaicarum.*

ChalHose *genitor Sallum*, Nehem. 3.
Fuit etiam quidam pater Baruch, Nehem. 11.

Caleb *filius Iephune, qui & Hezron nepos Iudæ patriarchæ, frater Ierahmeëlis, & Ram Kenisæus à Kenis loco tribus Iudæ appellatus*, Iosua 14. 1. Chro. 2. *pius rectusq; homo, qui à Cadesbarnea cum alijs undecim præmissus fuit ad explorandam terram Chanaan cum esset quadraginta annorũ*, Nume. 13. Deute. 1. Iosua. 14. *hic solus cum Iehosua duce transito Iordane hæreditatem accepit in terra pmißionis ex omnibus, qui ex Aegypto profecti fuerãt, reliquis ob infidelitatẽ in deserto peremptis*, Deut. 1. Iosua 14. & 15. *Huius filij fuerunt Ieser, Sobab, Ardõ ex Asuba uxore et Ierigoth. Hur, Sobal, Salma, Hareph ex Ephrata cõiuge, Haran, Moza, Gases ex Epha concubina. Seber, Thirhena, Saaph, Sema ex Maecha altera concubina. Mesa filius & Achsa*

filia,

filia, quæ Athnieli nupsit, quæ omnia uides .1. Chro. 2. *Nisi quod .1. Chro. 4. additur Filij Caleb, filij Iephune fuerunt, Iru, Ela, & Naam. Hic Caleb in eodem lib. Paralip. cap. 2. Calubai appellatur.*

Caleb Ephrata *urbis nomen, quã ego Bethlehem esse puto, in qua mortuus fuit Hezrom filius Perez filij Iuda, genitor Calebis, 1. Chroni. 2.*

Calno *siue Chalamne ciuitas Babyloniæ in campo Synëar ad flumen Euphraten sita, ubi turris extructa fuit. Meminit huius Iesaias ca. 10. Amos. 6. Gene. 10. hæc postea Seleutia à Seleuco rege appellata] est, uel certe quæ nunc Ctesiphon dicitur. Hæc Hiero. in quæst. Hebr.*

Chalah *urbs Aßyriorũ ab Assur filio Sem condita, Gene. 10. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. Iudai.*

Chalchal *Psalmista & propheta fuit, 3. Regum. 4.*

Chalcol *filius fuit Serah filij Iudæ è Thamar. 1, Pa. 2.*

Calubai *filius Hezrom frater Ram & Ierameel. 1. Para. 2. hic aliàs dicitur Chaleb ibidem. Idem. 1. Para. 4 Chalub frater Suha dici uidetur. Vnde putant q, Chalebis pater fuit binomius: nam. 1. Para. 2. uocatur Hezrom, at. 1. Para. 4. Iephune.*

Chaldæorum *regio ad orientem Iudææ inter Babylonicã & Arabiam, Tygrim & Euphraten. De qua Pli. li. 6. ca. 28. Strab. li. 16. Volater. li. 11. geogra. Abacuc. 1. Iesaiæ. 5. 13. 43. Hiob. 1. Chaldæi Hebræis Casdim dicuntur, Iesaia. 13. Danielis. 1. è quibus fuit Abraham, Actorum. 7*

Cham fuit ipsius Noah praeconis iustitiae filius malus & impudens, qui patris uerenda nuda nō operuit, sed fratribus prodidit: propterea à genitore maledictionis imprecationē tulit, Gene. 9. Ex hoc nati sunt filij non dissimiles patri, Chus, Mizraim, Phut, & Chanaan au tores Chananaeorū & idololatrarū gentium, Gene. 10. 1. Chro. 1. Hūc Berosus Chaldaeus Zoroastren appellatū scribit, eò quod magicae artis studiosissimus fuerit. Aegyptus praeterea ab illo terra Cham dicitur, Psal. 78. et. 106 Vnde diuus Hiero. in traditionibus heb. Aegyptus usq; hodie Aegyptiorum lingua Cham dicitur

Camarim peculiare genus sacerdotū Baal fuere sic dicti, q̄ nigris uterentur uestibus, uel à mentis feruore & deuotione, q̄ incensum adolerent in excelsis: nō absimilas nostris monachis et sacrificulis, quos sustulit Iosia rex Iuda, 4. Reg. 23. meminit eorū etiam Sopho. 1.

Chamos Idolū fuit Moabitarū, Nume. 21. cum quo fornicatus est Salomon 3 Reg. 11. hoc rursus demolitur Iosias rex, 4 Reg 23. De eodem Iudic. 11. Hiere. 48.

Chamon ciuitas est quae secundum autorem Para. sorte in Naphthaliam cecidit tribū, uide infra Kamona

Cana in tribu Asser, ubi dominus Iesus aquā in uinū conuertit, Ioan. 2. unde & Nathanael oriundus fuit, Io 21. Estq; hodie in Galilaea gentium, Hiero. in ecloga.

Channe regionis nomen in Ezech. cap 27.

Chanania Leuitarum princeps sub Iehiskia rege, 2. Chr. 31. Alius eiusdē nominis & dignitatis sub Iosia, 2 Chr. 35.

Campestria Moab *fuerunt* XLII *mansio filiorum Israël in solitudine ad Iordanem iuxta Bethhaiesimoth & planiora Sitim, Nume.33.*

Candace *regina fuit Aethiopiæ, cuius Eunuchus à Philippo baptizatur, Acto.8. De hac Plinius li.6.cap.29. Raphael Volater.lib.12. Geogra.*

Canaan *filius fuit impudētis illius Cham, qui à patre Noah maledicitur Gene.9.& 10.1.Chro.1. Filij huius fuerūt Zidon, Hethi. Hiebusi, Emori, Girgosi, Hiui, Arki, Sini, Aruadi, Zemari, Hamathi, digna proles tali parēti, Ab illis Cananeorū populi disseminati sunt. quorum terram expulsis ipsis deus filijs Israël promisit ac poßidendā dedit, à quibus etiam Cananea appellata est Iudæa, teste Iosepho lib.1.cap.12.& 15.Iudai. antiqui.*

Cananeæ *uero seu terræ sanctæ limites sunt. Ad Orientem est Iordanis fluuius & magnus Euphrates. Ad Occidentem est Aegyptus, & mare magnum, quod mediterraneum dicitur. Ad Austrum, hoc est, meridiem iacet desertum Arabiæ. Ad Aquilonem siue septentrionē mons Libanus eminet, de quibus omnibus lege Gene.10.Exo.23.Nume,13.& 34. Deute.1.& 11. Iosua.1.& 23.Ezech.47.& infra in Iudæa.*

Chananei *in Gaser habitantes tributarij facti tribui Ephraim, Iosue.16.& 17.*

Chananei *ferreis curribus usi, Iosue.17. Iud.1, et.4*

Cappadocia *Asiæ regio pontica est Armeniæ confinis, quam ab Oriente claudit, ab septentrione longo*

litore in Euxinum expanditur, sicut angusto excursu à meridie Ciliciam attingit, ab occasu Galatia & Paphlagnia reliqua terminata, ut Ptole. lib. 5. cap. 6. Nomen habet à Cappadoce amne, eius populi Cappadoces antea Leucosyri dicti, autor Plinius lib. 6. ca. 3. Strabo lic. 12. à principio, plura Pompo. Mela lib. 1. Huius populos Cappadoces putant ab Hebræis Caphthorim uocari, Deute. 2. Eius mentio est, 1. Petri. 1.

Caphira ciuitas Hiuæorum et Gibeonitarũ, Iosuæ. 19 in sorte tribus BenIamin, Iosuæ. 18. Esræ. 2. Nehe. 7.

Caphar Amonai aliàs Offora urbs tribus BenIamin, Iosuæ. 18.

Caphthorim populi sunt, pro quibus interpretes in Hiere. Amos, & 5. lib. Mosis Cappadoces transtulerunt, Gene. 10, Deute. 2. Amos. 9. 1. Para. 1. sunt posteri Miziraim filij Chus, Hiero, in quæst. hebr.

Capernaum iuxta stagnum Genezaret usq; hodie oppidũ in Galilæa gentium situm in finibus Sebulon & Naphthali, Matth. 4. Luc. 4. in quo Christus Centurionis filiũ sanum fecit, Matth. 8. In hac Christus uersatus est multum, & plurima miracula edidit, unde & sua ciuitas appellata est, Matth. 9. et. 11. Aegesipppo in. 5. ca. 26. est fons in regione Genezaris Capernaum nomine.

Charran Mesopotamiæ ciuitas, ad quam Abraham concessit & Tarah pater cuius mortuus est, Gene. 11. Acto. 7. à Charra Syriæ fluuio nomen inuenit Stephano. Ibi Romanus cæsus est exercitus & Crassus dux

captus. Lucanus, Aßyrias Latio maculauit sanguine Charras. Eadem est Carræ & Haran.

Charan siue Chran filius Dison principis Horræorū Gene. 36. 1. Para. 1.

Carmeli duo sunt montes, unus Tyriorum frugifer maxime uini, excelsus ualde in Galilæa, haud ita procul à Hierusalem in tribu Asser, Iosue. 19. iuxta Ptolemaidem ciuitatem & mare, in quo Elia uidens frequenter uersabatur, 3. Reg. 18 In hoc etiam Nabal habitauit, 1. Samuelis, 25. Huius plurima fit mentio sparsim in Prophetis, 1. Samuelis. 15. Iesaiæ. 35. Hiere. 36. Amos. 1. & 9 Micheæ. 7. Nahum. 1. Canti. 7. Vide quoq; Iosephū lib. 5. cap. 2. de bello Iudaico.

Alius in Iudæa qua itur Aegyptum ad meridionalem plagā, de quo Iesaiæ. 23. & Iosua. 15. in quo ciuitas eiusdem nominis extructa uidetur.

Carchemis Syriæ ad Euphraten urbs (cuius meminit Iesaias cap. 10.) uelut, 2. Para. 35. legimus, cōtra quā Necho Aegypti Tyrannus pugnauit, Hiere. 46.

Charmi filius Ruben, qui cum Israële in Aegyptum profectus est, Gen. 46. & 1. Para. 6. Exo. 6. à quo Charmitarum filia, Nume. 26. Fuit eiusdem nominis filius Iudæ, 1. Para. 4. de stirpe Zare, qui iuxta Hierony. in quæst. heb. idem est qui Er, Gene. 38. 1. Chro. 2.

Carmi filius Sabdi filij Serah de tribu Iuda, genitor fuit Achan sacrilegi, Iosue. 7. 1. Chro. 2.

Carpus ciuis Troados urbis, apud quem Paulus Pe

nulam quandam reliquerat, 2. Thimo: 4.
Charplat loci nomen est apud Esram, cap. 4.
Charcas fuit Eunuc' us Ahasueri regis Persarum,
Charsena e septem sapientibus unus Aha (Ester. 1
sueri regis Persarum, Ester. 1.
Casbi siue Cozbi filia Zur principis nobilissimi Madianitarum, quæ cum Simri duce cognationis Simeonis fornicata pugione transfoditur à Pinhea, Nume. 25
Casius Arabiæ mons est, Pompo. Mela lib. 3. quem Sinam esse affirmant, de quo infra.
Castor & Pollux gemini Iouis & Ledæ filij, antiquitus inter deos & in astra relati: Credebatq; antiquitas eos salutares nauigantibus, si simul apparerent. apparent autem ignis specie, malo autem antemnæ insidentes. Contra si singuli aut solitarij. Vide Pliniū li. 2. cap. 37. historiæ mundi. Hora. lib. 1. Carminū Odæ. 12. Higinium de signis cælest. Ouidium lib. 5. fastorū. Horū insigne habebat ea nauis Alexandrina, qua uehebatur Paulus cum Romam duceretur, Acto. 28.
Casluhim filius Mizraim filij Cham, Gene. 10. Iose. li. 1. cap. 12. antiq. Iudai. 1. Para. 1. Ab hoc Caslohim, qui deinceps Philistijm appellati sunt, quos nos corrupte Palestinos dicimus, autore Hiero. in quæst. hebr.
Casipea regio est quæ à Caspio mari uocabulū sumpsit, Esræ. 8. Nicola. Lyra in Babylonis regione locum esse putat, ubi plures Leuitarū post captiuitatē māserint
Cebar uel Kebar fluuius est in terra Chaldeorū. Eze. 3. 43.
Cedar

Cedar filius Ismaëlis, Gene, 25. à quo Saracenorũ regio Cedar appellata est. De qua infra in Kedar.

CedarLaomor rex ciuitatis Elam, quae est in Perside, Gene, 14.

Cedron torrens extra Hierosolymam, quẽ Christus ingressurus hortum quum iam immineret dies mortis transiuit, Ioan. 18. De quo uide infra in Kidron. Refert Aegesippus lib. 5. cap. 4. inter montem oliuetũ atq; urbem Hierosolymam uallem Cedron esse.

Chelui filius Bani uxorem suam alienigenam repudiauit in Hierusalem, Esrae. 10.

Chelon quae Aelon oppidum Moab sicut & in Hieremia scribitur cap. 48.

Chelal filius Pahath Moab alienigenam uxorem repudiauit, Esrae. 10.

Chelub genitor Esri praefecti agricolarũ, 1. Chro. 28

Cencreae uicus & portus Corintheorum ciuitatis ab urbe stadia ad LXX. longinquus, Straboni in. 8. De quo Volater, li. 10. Geogra. ubi Paulus caput rasit, Acto. 18. Huius Ec. lesiae ministra fuit Phoebe, Roma. 16

Cenes frater Chaleb minor filios habuit Athnielem & Seraiam. 1. Chro. 4. Iosua. 15. uide Kenas.

Ceni est Ietro cognatus Mosi, de cuius genere erant Cinei, qui descenderunt ab Amelek, & habitabant cum eo qui utiq; consanguineus eorum erat, & hereditatẽ in eius terra habebat Hiero. in heb. quaest.

Cene *Hieronymo in ecloga est regio principum Idumæorum siue Philistijm.*

Chenani *Leuita post captiuitatem Babylonicam in Hierusalem, Nehemiæ.9.*

Chenanla *Leuitarũ princeps et prophetiæ siue canticorũ magister fuit Dauidis tempore, 1.Chro.16. Alius filius Iezebaris præfectus operum Dauidis, 1.Chro.28.*

Cephas *cognomentũ est Simonis Petri Apostoli Domini nostri Iesu Christi, à firmitate fidei appellatio indita. Nam Cephas Petram siue lapidem interpretatur, Ioannis.1.1.Corinth.1.3.9.& 15.Gala.2.*

Cherub *proselytus ex captiuitate Babylonica redux Esræ.2.Nehemiæ.7.*

Cherubim *fuerunt imagines duæ alatæ aureæ in tabernaculo Mosi ad fines propitiatorij, ubi responsa dabat Dominus, tegentes alis suis propitiatorium, se mutuo respicientes uersis uultibus in propitiatorium, lege Exod.25.3.Reg.6.Psal.79.uel.80.Iesaiæ.37. Hæc duo testamenta, legem & Euangelion significant, quæ in nostrum propitiatorium Christum respiciunt.*

Cerith *quære infra Crith.*

Cesed *filius Nahor é Milca, Gene.22.ab hoc Hiero. in hebr.quæst.postea Chaldæi uocati sunt. Quorũ regio ut inquit Strabo lib.16. Arabibus & mari Persico proxima est.*

Chessalon *mons a loccidentẽ tribus Iudæ, aliâ Iaarim, Iosuæ.15.Eusebio est uilla in Hierosolymæ finibus.*

Chessul

Chessulloth aliàs Casaloth urbs in tribu Isaschar, Iosua.19.

Chessulloth Thabor locus in tribu Sebulon, Ios.19

Chesil uel Chesib, locus tribus Iudæ, Iosuæ.15. ubi ipsi Iudæ patriarchæ, Sela filius natus est, Gene.38.

Cæsaræa maritima urbs Palestinæ in litore magni maris sita, quam Herodes Ascalonita pater Herodis tetrarchæ Traconitidis instaurauit in honorem Augusti Cæsaris, quæ prius πύργοσ turris Stratonis uocabatur De qua Iosephus lib.1. belli Iudaici cap.5.& .16. Plinius lib.5.cap.13. Aegesippus lib.1. cap.18. de excidio Hierosolymorũ, & lib.5.cup.19. Similiter lib.15.ca.10. antiq. Iudai. huius fit mentio, Acto.9.10. qd' in eam Cor. Denturio baptizatus sit, & Acto.21. quod Philippus Euangelista domum in ea habuerit. In hac Cæsarea Herodes etiam templũ albo marmore extruxit Augusto Cæsari, autor Iosephus lib.15.cap.12. antiqui. in qua nepos eius Herodes Agrippa ab angelo percussus est, Acto.12. De hac Raphael Volater. lib.11. geogra.

Alia Cæsarea, ciuitas est ad radices Libani sita, iuxta Iordanis fontem à Philippo tetrarcha Itureæ & Traconitidis, Luc.3. filio Herodis maioris, & fratre Tetrarchæ, qui Ioannẽ decollauit, ampliata, & in Tiberij Cæsaris honorem Cæsarea appellata, quæ mutato nomine deinceps Paneas dicta est in prouincia Phœnices, ubi Iordanis è duobus oritur fontibus Ior & Dan, author Hieronymus, Quam magis postea exornans Agrippa

in honorē Neronis, Neroniam appellauit, uelut scribit idem Iosephus li,18.ca.3.antiqui.iudai.& li.20.ca.16. antiq. huius fit mentio Math.16.Marc.8, Raphael Volater.li.12.hanc primum Leser, deinde Dan, postremo Cæsaream, nunc Belinam uocitatam scribit.

Est etiam tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis, cuius similiter in Actis Apostolicis, cap.18. fit mentio, profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit ecclesiam.

Cibroth Ataaua, id est, sepulchra concupiscentiæ XIII. mansio Israëlitarum, Nume.33. aliàs memoria desiderij appellatur, autore Hieronymo in.42.mansionibus, & locis hebraicis.

Chidon locus est Hebræorum commentatori in.1.Paralip.14.qui.2. Reg.6. Area Nachon dicitur.

Chileab, aliàs Daniel filius Dauid ex Abigail uxore Nabal Carmelitide, 2.Reg.3.1, Para.3.Iosephus li.7. cap.1. antiq. uocat hunc Celeb.

Chilion, siue Chelion filius Elimelech ex Naëmi maritus Arpæ Moabitidis, Ruth.1. Iosephus lib.5.cap.14. Iudaica.antiquitatum.

Cylicia maritima regio Asiæ in sinu Ißico, ubi porticus in Tharso celebris ad septentrionem Iudææ, de qua multa Strabo li 14.Mela in.1.Pli.li.5.ca.27.Ptolemæus in.5.ca.8 .quam Cydnus amnis intersecat, & mons Amanus (ita Hieronymus) à Syria Coele separat. Vide Volater. li.11.Geogra. Ex hac Paulus apostolus fuit oriun-

oriundus, Actorum. 23. & Christum in ea prædicauit, Galathas. 1.

Cilices Stephano resistentes, forsan fuerunt Proselyti, Actorum. 6.

Chimcham pagus est Eusebio iuxta Bethlehem, qui ut commentatori Hebræorum super Hieremiam ca. 41 uisum est nomen à Chimeham filio Barsillai accepit, 2. Regum. 19.

Cinæus, Iudicū. 1. perhibetur à Hiero. in quæst. heb. fuisse Iethro socer Mosi, qui aliàs Hobab, Iudicū. 4. Nume. 10. Alibi uero Reguel siue Rahuel, Exo. 2. De hoc Iosephus lib. 6. cap. 8. anti. iudai. iste cum sua familia habitauit in regione Midianitarum & Amalechitarum, ut ex. 1. Reg. 15. liquet: similiter Iudic. 4. Cinæi à Iosephe dicuntur Sichimitæ: hos noluit lædere Saul, qđ essent cognati Rahuel soceri Mosi, Iudicum 1. Isti ad meridiem Iudææ habitarunt: eorum terram uastauit Dauid, reputatur inter Amalechitas. Nume. 24, 1. Reg. 27. 30. horū fuisse Caleb ex Iosua. 14. affirmant, aliàs scribitur Kenæus. Vide infra Kenas.

Cinneroth, uel Cinnereth, ad orientē Iudææ mare in tribu Naphthali, Numeri. 34. Deut. 3. Iosua. 11. 12. 13. Aliàs mare Tiberiadis, et locus Genesarethicus, seu Galilææ dicitur, XL. stadijs in latitudine diffunditur, centumq; in longitudine extenditur, teste Iosepho li. 3. belli Iudaici ca. 18. Per hunc mediū Iordanis Iudææ amnis p fluit. Porrò Ptolemæus cur ex hoc duos faciat nō uideo.

Chinna

Chinnareth aliàs Cenereth, urbs in tribu Naphthali, Iosuæ. 19. iuxta labum Genezareth, quā Herodes magnificis ornauit ædificijs, atq; in honorem Tiberij Cæsaris, Tiberiaden nominauit: à qua & lacus & regio circumiacens nomen inuenerunt. Hæc Iosephus lib 18. cap. 4. antiquitatum. Bernhadad Syriæ rex hanc cœpit 3. Regum. 15.

Chios insula inter Cycladas atq; Bithyniā, cuius nomen Sra lingua masticem designat, eò quod ibi mastix gignatur. Hāc aliqui Chiam appellauere à Chione nympha Choos. Vide plura de hac in Raphaele Volater. li. 9. ad istam Paulus uenit, Acto. 20.

Cyprus, aliàs quoq; Macaria dicta in sinu maximo qui Issicus circa Ciliciam dicitur ad ortum occasumq; Ciliciæ ac Syriæ obiecta est: nouem aliquando regnorū sedes. De hac plura Plinius in. 5, cap. 31. ubi & reliqua Cypri nomina legis. Strabo in 14. Mela li. 2. Ptolemæus lib. 5. cap. 15. ad hanc quoq; Paulus appulit Actorum. 13 Alij quoq; discipuli prædicauerunt ibidem Christum, Actorum. 11. & . 21.

Cyrene in Lybia ciuitas, uide infra Kyra.

Cyrenaica Aphricæ prouincia Aegyptum uersus, quæ & Pentapolis dicitur, à quinq; urbibus, quibus fulget, Hæ sunt Hesperia, aliàs Berenicæ dicta, Plinio autore lib. 5. cap. 5. Apollonia Ptolemais antiquo nomine Barce appellata, Arsinoæ aliquando Teuchira uocitatis: atq; unde terra nomen est, ipsa Cyrenæ omniū harū

clarissi-

clarissima. Vide plura in Pompo. Mela lib. 1. Plinio li. 5. cap. 5. Strabo in 17. Ammiano Marcellino lib. 22. huius mentio fit Actorum. 2.

Cyrenæ Pentapoleòs ciuitas unde Simon erat, qui Christi crucem portare coactus fuit, Matth. 27.

Cyrenenses è synagoga Iudæorum priuatæ sectæ homines, qui Stephano resistebant, Acto. 6.

Cyrenius Præses fuit Syriæ, sub quo censa est Syria, Lucæ. 2. Iosephus lib. 17. cap. 19. antiq. Iudai.

Cisloth Thabor, aliàs Ceseleth Thabor, urbs ad fines Sebulons Iosuæ. 19.

Chislon è tribu BenIamin, genitor Helidad, Nu. 34.

Chitim filius Iauan, filij Iapheth, Gene. 10. hic Cethimam insulam habuit, quæ nunc Cyprus & Macedonia & ab ea omnes insulæ, & maritima loca Cethim Hebraice nominantur, sicut scribit Iosephus lib. 1. cap. 11. antiq. Iudai. & Hiero. in locis hebr. Berosus Chaldæus lib. 1. & 2. Italos ab hoc nuncupatos refert: habes præterea eius mentionē, Nume. 24. Iesaiæ. 23, Hiere, 2. Ezech. 27, Danie. 11. ubi & nostri interpretes pro Cithim reddiderunt Italiam.

Chithlis, siue Cethis urbs in tribu Iuda, Iosuæ. 15.

Ciuitas palmarum est Iericho, quod palmetis abundet, Deute. 34. Iudic. 1.

Claudius Cæsar ac Romanorū Imperator quintus fuit: sub quo magna fames erat circa annum Domini, XLVI, uelut Lucas Acto. 11, meminit, & Suetonius in

uita

uita Claudij, Cornelius Tacitus libro.12.historiæ Augu stæ. Vide Eusebium lib.2.cap.8.ecclesi.histo, Hic Claudius omnes Iudæos Romæ pepulit, Acto.18. Suetonius in Claudio cap.25. Orosius lib.7.

Claudius *Lysias tribunus Hierosolymitanus, qui Paulum uinctum Cæsaream ad præsidem Felicem misit Actorum.23.*

Clauda *insulæ nomen, cuius Lucas Acto.27. meminit quæ Cretam spectat Ptolemæo.*

Claudia *mulier fidelis Romæ fuit. cuius Apostolus meminit.2.Timoth.4.*

Cleophas *discipulus Domini, unus é duobus, qui in Emauntem ibãt, & Christũ comitem habuerũt. Lu.24.*

Cleopas, *siue Clopas, maritus fuit Mariæ Iacobi sororis Mariæ deiparæ, quæ iuxta crucem Iesu stabat, Ioannis.19. De quo Euseb.lib.3.cap.11 eccle.histo.*

Clemens *cooperarius Pauli apostoli, & minister uerbi Dei apud Philippenses, Philip.4. De quo Euseb. lib.3.cap.4. & 15.histo.eccle.*

Chloe, *ut uidetur Theophilacto, familiæ Corinthiensis nomen fuit, quæ Paulo de sectis Corinthiorum significauerat, 1.Corinth.1.*

Cnaena *genitor fuit Zidekia pseudo prophetæ.3.Regum.22.2.Chroni.18.*

Alius *eiusdẽ nominis filius Bilhan è tribu BenIamin, 1.Chro.8. Vnde egressos fuisse BenIamitas illos, qui nephas perpetrauerunt, propter quod magnæ cædes in Israël*

Iaël tempore Iudicum factae erant, Iudic. 20. Hieronymus in quaest. hebr. testatur.

Co *insula nobilissima ab Halicarnoso XV. passuũ distans circuitu M ut plures existimant, Plinio in. 5, cap. 31. naturalis historiae teste. Ad hanc etiam Paulus nauigauit, Actorum. 21,*

Coelas *iuxta Hiero. in ecloga uallis est Iosaphat inter Hierusalẽ & montem oliueti, De qua Ioelis. 3.*

Colossae *Phrygiae est ciuitas, quae est in Asia minore haud ita procul ab Hierapoli & Laodicea. Haec nunc Theophilacto autore Chonae uocatur, meminit huius Pli. lib. 6. cap. 32. Strabo, lib. 12. Ad huius ciues Collossenses scripsit unam epistolam Paulus.*

Colaia *genitor Achab pseudoprophetae, Hiere. 29.*

Chonenias *siue Chonia filius Ioiakim regis Iudae, Hiere. 22. aliàs Iechania appellatus, Hiere. 24.*

Cores *qui nobis Cyrus rex Persauũ, hic (ut à Metaschene Persa memoriae proditũ est) interfecto Balsasare duobus annis simul cum Dario in Babylone regnauit. Post mortẽ uero Darij solus ipse uigintiduobus annis regno est potitus. Huius mentio est. 2. Para. 36. Iesaiae. 44. & . 45. Esrae. 1. & . 5. Danie. 1. & , 6. Iste Babyloniã atq; Lydiam subegit, insuper Aegyptum & Aethiopiam usq; ad Sebaim, qui sunt ultra Aethiopes, cui Deus tantas uictorias dedit, ut liberos dimitteret Iudaeos ad reaedificandum Hierusalem & templum à Nebucad Nezar diruta, & iam septuaginta annis deserta.*

Hic Iu

Hic Iudæis quoq; omnia ablata restituit, Esræ.1.& 5. Iosephus lib.11.cap.1.antiq.Iudai,

Corinthus Achaiæ metropolis maritima, quæ & Ephyra dicebatur. De qua multa collegit Raphael Volaterranus lib.9.geograph.& Erasmus Roterodamus in Prouerbioru͂ Chiliadibus. In hac Paulus Euangelion Christi annunciauit, multosq; ad fidem co͂uertit, Acto.18. Extant & Epistolæ Paulinæ ad Corinthios scriptæ.

Coraz in Galilææ oppidum, quod Christus deplorat propter incredulitatem eius, Matth.12. Est nunc desertum (sa quit Hieronymus in ecloga) in secundo lapide à Capernao, Lucæ.10.

Cornelius Cæsariensis centurio cohortis Italicæ, homo religiosus ac timens Deum, cum tota domo sua, multas præbuit eleëmosinas: hic Petrum ex Ioppe ad se accersiuit, & uiam Christianæ ueritatis didicit: baptizatur una cum tota sua familia. Acto.11.

Cosam filius Helmaean, Lucæ.33 fuit Iosia rex Iuda, de quo infra.

Choseco Locus est Nicolao Lyræ & Hebræorum commentatori super.1. Para.4.

Chran filius Dison, 1. Para.1. aliàs Charan.

Creta Græciæ insula inter Cyrenecam & Græcia͂ ab septentrione Aegeo perfunditur pelago, simul & Cretico, ab austro autem Aphricano alluitur, Aegyptium attingente pelagus, hæc dicta est ἑκατόμπολις, id est centum urbibus instructa, hodie Candia uocatur ditionis Ve-

nis Venetorũ est. De hac lege Strabonem lib.10. Ptole maeum lib.3.cap.17. Plinius in.4.capi.12. Virgilius.3. Aeneid. Melam lib.2. Meminit Lucas Actor.2. & .27. Paulus ad Titum.1. Hieronymus refert hanc famigeratam diuitijs, maxime aeris, quod prima illic eius metalli inuentio, & utilitas fuerit.

Crethi ad austrum. id est, meridiẽ Iudaea, gẽtes Amalechitarum Zillag urbem incendentes, 1. Reg.30. à Dauide ceduntur. Horum imperator fuit Banaia, 2. Reg.18. & .1. Para.19, ij fuerunt cum Dauide cum persequeretur ab Absolon filio, 2. Reg.15. & dum Seba seditiosus persequeretur à Ioab & Amasa, 2. Reg.20. & cum Salomon ungeretur in regem, 3. Reg.1, In quaest. heb. uult Hieronymus Chretos & Plethos fuisse septuaginta iudices loco eorum substitutos, quos Moses in eremo Domino praecipiente delegerat, Nume.11.

Crethi ueruntamẽ Philistaei fuerant militiae dediti, arcubus atq; sagittis utentes, quos Dauid secum habuit, uelut legis, 2. Samue.8. & .15. atq; .20. Horum fit mentio, Ezech.25. Sopho.2.

Crescens pius quidam homo, qui Romae dimissus à Paulo in Galatiam proficiscebatur, 2. Timo.4.

Crispus archisynagogus Corinthus Paulo praedicante Iesum, credidit Domino cum tota domo sua, Acto.18 & ab eo baptizatus est, 1. Corinth.1.

Christiani sancti atq; fideles Christo per omnia solida fide & charitate adhaerantes, primũ discipuli dice

bātur, sed in Antiochia urbe Syriæ cœperūt dici à Christo, quem profitebantur, Christiani, uelut Acto. 11. legis. Et Euseb. lib. 2. cap. 3. Ecclesiasticæ histo. ijdem deinceps Nazareni à Iudæis propter Iesum Nazarenū appellati sunt, teste Tertulliano li. 4. aduersus Marcionē, deinde cultores uocabantur, quod conuenientiū ad se animas, tanquam agrestes & rudes excolerent, uel quod erga Dei cultum pura & integra conscientia perdurarent. Hæc Eusebius lib. 2. ca. 17. Ecclesiast. histo. Porrò Christi nomine dignatus est suos Dominus Iesus. Psal. 104. ut uel ex appellatione sua, ipsi intelligerent se spiritu sancto unctos & consecratos Deo patri, reges & sacerdotes esse, 1. Petri. 2. Apoca. 1. & 5. ut qui dominarentur Sathanæ peccatis, & subiectis creaturis, simul etiā interpellarent Deum patrem, Ephe. 2. soliq; in sancta sanctorum ingrederentur, Hebr. 10.

Obseruabis autem uarias esse Christianorū appellationes quas illis attribuit scriptura, primū enim omniū & paßim sancti & Ecclesia sanctorum appellantur, Psal. 89. Et uides hoc sparsim in epistolis Pauli, ubi Apostolus nunc sanctos, nunc Ecclesiam sanctorum salutat et pronunciat. Deinde multitudinem credentium uides, Acto. 4. uocari, Domum Domini, Atrium Dei, Tabernaculum iustorum, Psal 134. 1. Corinth. 3. & 6. Heb. 3. Domum spiritualem, Sacerdotium sanctum, genus electum, Gentem sanctam, populum qui in lucrum accessit, populum Dei, 1. Petri. 2. Corpus Christi, cōciues sanctorū

ctorum, domesticos Dei, 1. Corinth. 12, Ephe, 2. Ciuitatẽ Dei, Hierusalem, Apoca. 21. Montem Domini in uerti ce montium, Iesaiæ. 2, Micheæ. 4 Montem Sion, Psal. 2 Iesa, 4. Vrbem fortitudinis Sion, Iesaiæ. 26. Adde innu- meras appellationes, quas Salomon in canticis Christia nis attribuit, sub sponsæ & columbæ, sororis, hortus conclusi, fontisq; signati nomine, Sunt præter ista nomi na adhuc multa, quæ bonis lectoribus excutienda re-

Crith uel Cerith torrens est contra Iorda (linquo. nem, à quo non procul Elia se occultauit, 3. Reg. 18.

Chub locus est, cuius meminit Ezechiel cap. 30. Nico laus Lyranus pro Arabia interpretatur.

Chunseer ciuitas Hemathi, Antiochiæ regis Hadad Eser, quam Dauid multo ære spoliauit, 1. Chro. 19. Hæc aliàs Betah dicitur, 2. Samue, 8.

Chus filius fuit Ham filij Noah, Gene. 10. 1. Para. 1. Hic Chusæos, qui nobis Aethiopes condidit, Iosephus li. 1. cap. 12. antiq. & Chus Aethiopia, Hiero. in heb. quæ- stio. Iesaiæ. 11. & 43. Huius filij fuerunt Seba, Heuila, Sabatha, Regma, & Sabathaca, Gene. 10. in titu. Psal. 7 Simei filius Iemini appellatur Cus, propter fœdos mo- res, quibus notati sunt Aethiopes.

Chusi uel Husai Arachites fidelis amicus Dauidis. 2. Reg. 15. explorator consiliorum Absolonis, refert Daui di Absolonis interitum, 2. Reg. 18.

Alius Chusi genitor Selemia, Hiere. 36.

Alius genitor Zephania prophetæ, Sopho. 1.

Chusi *flumen Babyloniæ, ubi Baruch prophetiã suã legit, alijs Sodi dictum, Baruch.1.*

Cusan *Risathaim quem Iosephus lib.5.cap.7.antiq. Iudai. uocat Cusardum Mesopotamiæ rex, Iudæos inuasit, & octo annis presit, tandem ab Athniele oppressus, Iudic.3. Abacuc.3.*

Cuth *uel Cutha regio est Persidis, à flumine Cutha (sicuti Iosephus lib.9.cap.15.antiq. Iudai. scriptum reliquit) uocata. Inde Cuthæi de quibus idem.11.cap.2.antiqui. in hunc modum scribit. Salmanasar etenim transmigrans Israëlitas, in eorum regione constituit Cuthæorũ gentem, quæ prius in interiori parte Persidis & Mediæ morabatur, 4.Regum,17.*

Chuza *procurator Herodis maritus fuit Iohannæ piæ mulieris, Luce.8.*

D

DABaseth *aliàs Debbaseth, urbs in tribu filiorum Sebulon, Iosue.19.*

Dabrath *aliàs Dabereth, urbs in sorte filiorum Sebulon, Iosue.19. Leuitis deputata, Iosu.21.1.Chronico.7.*

Dagon *idolum fuit Philistinorum in urbe Gaza, de quo Iudi.16.1, Reg.5.1.Chr.11. iuxta quod Idolũ area fœderis capta à Philistæis posita est, 1, Samu.5. Ferũt hoc inferius piscis formã habuisse. Dag enim piscẽ significat.*

Dalphon *filius Haman Iudæorum hostis à Iudæis interfectus, Ester.9.*

Dalma-

Dalmanutha apud Marcum cap.8. loci nomē ubi Pharisæi signum à Iesu desiderabant.

Dalmatia Pannoniæ ad Hebraicum mare regio. De qua plura Plinius lib.3. natura. histo. cap.22. & 25. in quam Titus ad prædicandum Euangelium profectus est, 2. Timo.4.

Damascus potens & insignis phoenices ciuitas, quæ quondam in omni Syria tenuit principatum, terminus Iudææ ad septentrionem, Ezech.47. Iesaiæ.7. 2. Reg.8 1. Para.18. quæ Stephano à conditore Damasco Mercurij & Alimedes filio, Iustiuo lib.36. à Damasco rege, Hiero. in quæst. hebr. uero à Damasci Elieser, cuius in primo libro Mosis fit mentio, nomen accepit, Gene.15. De hac Iesaiæ.7. Ezech.27. Amos.1. Canti.7. Hiere.29 nunc Saracenorum metropolis. Tertu. lib.3. aduersus Marcionem Damascum ciuitatem Syrophœnices scribit, quæ quondam Arabiæ deputabatur inter Libanum & Antilibanum sita, é qua Paulus per murū demissus fuit, Acto.9. 2. Chro.12.

Damascene regio Syriæ inter Libanum & Antilibanum altos montes ad septentrionem Iudææ, unde describitur terra à Dan usq; Bersabea, 1. Reg.3. 2. Reg.24 in hac est Damascus à quo tota regio appellationē sumpsit. De hac Mela lib.1. Plinius in.5. cap.12.

Damaris mulier Atheniensis Pauli prædicatione ad fidem conuersa, Acto.17.

Damin siue ut alijs placet Epes Damin locus est in

tribu Iuda, iuxta quem Philistijm castrametati sunt contra Saul, 1. Reg. 17.

Dan filius Iacob patriarchæ ex Bilha famula à iudicando dictus. Iudicauit enim, dicebat Rahel nato puero pro me Dominus, & exaudiuit uocem meam, dans mihi filium, Gene. 30. Huius filius unigenitus fuit Husim, Gene. 47. quem Iosephus lib. 2. cap. 7. Asam appellat: huuc secum in Aegyptum duxit Dan.

Ab illo tribus & hæreditas Dan appellari aepta est: De qua Iosua. 19. Iud. 18. Ezech. 48. Iosephus lib. 5. ca. 1. antiq. hebr. Danitæ loca conuallis ad occasum solis posita tenuerunt. Azoto & Doris determinationemq; Iamniam simul & Geth ab Ecron usq; ad montem, ex quo tribus Iuda pendebat.

Limites & ciuitates tribus Dan fuerunt olim.

Zarea	Mea Irkon	Rakon
Esthaol	Iethla	
Ir Sames	Elon	
Sa alabin	Thimnata	
Aialon	Ekron	
Gibethon	Elthcke	
Baalath	Iapho	
Iehud	Lesem, quæ postea Dan fuit.	
Ber Barak	dicta, Iosua. 19.	
Gath Rimon	Heres, Iudicum. 1.	

Est quoq; Dan ciuitas Phœnices ad fontes Iordanis sita, in qua tribus Dan habitauit & nomen imposuit, ante

ante hæc Læsem appellata, Iosua. 19, & Lais Iudic. 18. siue Laisa Iesaie. 10. Ipsa fuit terminus terræ Israël ab Aquilone, 1. Samue. 3. Ezech. 27. In qua Ierobeam rex Israël uitulum adorandum erexit, 3. Regum. 12. Amos 8. Hiero. in hebr. traditionibus Paneas uocatam putat, quæ aliàs Cæsarea Philippi & cæteris.

Dan *quoq; à Hierony. in quæst. hebr. unus è fontibus Iordanis scribitur.*

Dan Iaan *ciuitas est, cuius fit mentio, 2. Reg. 24.*

Daniel *qui & Baltschazar uisionũ peritissimus inter pres fuit, Danie. 1. & 10. Ezech. 24. Prophetauit sub Io iakim rege Iuda, hic Nebucad Nezer somniũ suũ inter terpretatus est, Danie. 2. Huius meminit etiã Ezech. 14*

Daniel *qui & Chileab filius Dauidis ex Abigail Car melitide, 2. Reg. 3. & 1. Para. 3. Alius Daniel Leuita è filiis Ithamar redux è Babylonica captiuitate, Esræ. 8 Fuit etiam Daniel sacerdos quidam post Babylonicam captiuitatem, Nehe. 10.*

Danna *siue Edenna urbs in tribu Iuda, Iosue. 15.*

Daphka *aliàs Dephca fuit nona mansio filiorũ Israël in deserto Sen, Nume. 33.*

Dar Iaues *Darius hoc nominis quatuor Persarũ re gibus, ut à Methaschenæ Persa traditũ est, fuit, Dani. 5.*

Dhrius *filius Ahasueri Medorũ rex occiso Beltscha zate regnum Chaldæorum accipit, Danie. 9. Zacha. 1. 1. Haggæi. 1. Esræ. 2. Nehe. 12.*

Dara *filius Serah nepos Iudæ, 1. Para. 2.*

Darda Psalmista & prophetes fuit, 3. Regum. 4.
Darkon è seruis Salomonis redux in Iudæam ex captiuitate, Esræ. 2. Nehe. 7.
Dathan filius Eliab frater Abiram, è tribu Ruben seditionem mouit cum alijs contra Mosen & uiuus terra absorbetur, Nume. 16. & 27. Deute. 11. Psal. 106.
Dauid filius Isai Bethlehemitæ, qui & Iesse Matth. 1. Acto. 13. secundus fuit Hebræorũ rex, cũ corporis tum fortunæ dotibus præditus. In Hierusalem XXXIII. in Hebeon uero septem annis & sex mensibus regno potitus est, 2. Reg. 5. A Samuele propheta in regem unctus fuit, 1. Samue. 16. Leonem ursumq; in gregẽ grassantes solus peremit, 1. Samue. 17. Goliath Philistinum prostrauit, 1. Reg. 17. à Saul persecutore suo fugiẽs corã Achis rege Gath Philistinorum insaniam simulauit, 1. Reg. 21. Sex filij nati sunt ei in Hebron. Fuitq; primogenitus Amnon de AbiNoam Israëlitide, & post eum Chileab, qui & Daniel de Abigail uxore Nabal Carmelitæ. Tertius Absalõ filius Maacha filiæ Thalmai regis Gessur. Quartus Adonia filius Hagith, et quintus Saphatia filius Abital. Sextus Iethream de Egla uxore Dauid. 2. Samue. 3. Nati sunt præterea ipsi & alij filij filiæq; in Hierusalem ex uxoribus & concubinis, quorũ sunt nomina, Samua qui & Simea, Sobab, Nathan, Salomo, Iebehar, Elisama, Eliphaleth, Nepheg, Iapia, Elisama, Eliada, Eliphalet, & Thamar soror istorũ, 1. Chro. 3. et. 2. Reg. 5. Hic Dauid cum Iudæorũ imperio præfuisset XL. an-
nos,

nos, dormiuit cum patribus, & sepultus est in ciuitate Dauid, 3. Reg. 2 Lege, 1. Chro. 3. & à 12 capite usq; ad finem primi libri. Iosephum lib. 7. cap. 3. antiq. Iudaica.

Debir ciuitas terræ Chanaan, cuius rex confœderatus gentibus cõtra Israëliticũ populũ, Iosua. 10. à Iosua principe expugnatur, & Enakim habitatores eius perimũtur, Iosua. 11. hæc in sortitiõe cessit tribui Iudæ, aliàs KiriathSepher ac KiriathSanna dicta, Iosua. 15. Iudic. 1. adnumerata et attributa Leuitis, Iosua. 21. et. 1. Chr. 7

Debora Prophetes uxor Lapidoth, iudicauit Israël in diebus Iudicũ, ascenderuntq; filij Israël ad eam ad omne iudiciũ, percussit Iabim & Sisseram cum uniuerso exercitu eorũ, Iudi. 4. 1. à qua etiam Palma nomen obtinuit, sita inter Rama & Bethel in monte Ephraim.

Fuit idem nominis nutrici ipsius Rebeccæ, de qua etiã Gene. 24. & . 35.

Dacapolis regio est decem urbium ultra Iordanem ad orientem Iudææ sita, cuius fit mentio Matth. 4. Marci. 5. & . 8. De qua Plinius lib. 5. cap. 18. naturalis historiæ, & Hieronymus in ecloga.

Dedan seu Dodan, filius Reuma, filij Chus, Gene. 10 1. Para. 1.

Dedan Idumæorum ciuitas, Hiere. 25. & . 49. Ezech. 25. & . 27. & . 38. Hieronymo in tribu Iudæ sita.

Dedanim Esaia. 21. in Edom lobus est.

Dedan alius huius nominis filius Iaksan, filij Abrahæ Gene. 25. 1. Para. 1. q genuit Assurim, Lathusim, et Leumim.

Deha loci nomen est, Esrae.4. in Persia, ut conijcio.

Deker Praefectus fuit Salomonis in Malaz & Saalbun & BethSames, et in Elon atq; BethHanan, 3.Re.4

Delaia sacerdos sub Dauide è stirpe Aeron, 1.Chronicorum.2r.

Delaia siue Dalias, filius Semei, de quo Hieremiae.36 princeps Iehoiakim regis Iuda.

Delaia Proselytus è captiuitate redux, Esrae.2.

Alius filius Mehetabeel pater Samaia pseudopropheta, Nehemiae.6.

Delila scortum è Philistinis, habitans ad Sorek torrentem, qui est in sorte filiorum Dan, quam Simson misere amauit, & ab ipsa circumuentus perit, Iudic.16.

Demas cum Paulo Romae fuit, ut ex Colossen 4. & epistola ad Philemonē colligitur, qui Paulo relicto amplexus praesens seculum, Thessalonicam profectus est, 2.Timoth.4.

Demetrius Faber argentarius, qui faciebat Dianae idolo gentium delubra argentea, praestabatq; artificibus non exiguum quaestum Ephesijs. Hic timens quaestui suo & suorum commouit ciuitatem, & seditionem excitauit contra Paulum & discipulos Christi, Acto.19.

Alius Demetrius episcopus in Asia, cui bonum testimonium à fratribus est redditum, de quo Ioan.3.

Derbe ciuitas Licaoniae prouinciae, siue Isauriae, ut Strabo.lib.12. Volater.lib.10. refert, in qua Paulus & Barnabas Euangelion Dei annunciauerunt, Acto.14. &.16.

& .16.ex hac Gaius Pauli comes fuit, Actorum.20.

Diana ciuitas in Actis cap.19.meminit Lucas πολύμαστος, hoc est, multi mammia, quod esset omniũ uiuentium nutrix, appellata, idolum fuit potißimũ ab Ephesijs cultum, cui templum toto orbe celebratißimum fuit in Ephe∫o Asiæ ciuitate magnis sumptibus extructũ. De quo Plinius lib.36.cap.14.naturalis historiæ, in hũc modum scribit: Græcæ magnificentiæ uera admiratio extat templũ Ephesiæ Dianæ ducentis uiginti annis factũ à tota Asia in solo id palustri fecere, ne terræmotus sentiret, aut hiatus timeret: rursus ne in lubrico atq; instabili fundamenta tantæ molis locarentur ante calcatis ea substrauere carbonibus &c. quæ illic lege. Dianæ simulachrum à Ioue delapsum credebant Ephesij, quẽadmodum in frequenti corona fatebatur Demetrius aggentarius. Vide Hierony. in præfatione super epistolam Pauli ad Ephesios, & Erasmum in annotationibus.

Dibon urbs Moabitarum primo, & postea Sihon regis Amorræorum in tribu Ruben ultra Iordanem ad orientem posita, Iosuæ.13.

Est & excelsum Moabitarũ, Nume.21. Iesa.15. Nu.32. Hiere.48. Nehe.11 legimus filios Iuda sedisse in Dibon.

Dibon Gad locus in deserto, ubi filij Israël habuerunt tricesimam nonam mansionem, Nume.33.

Dibelatha ciuitas est, Ezech.6. aliàs Diblath. Matthæus Aurigallus putat eandem esse, quæ Riblatha.

Dibelathaim Locus est in regione Moabitarum,

Hiere.

Hieremiæ.48. De qua Numeri.33.

Dibri de tribu Dan parens Selomith auus maledici & blasphemi, qui lapidatus fuit, Leuiti.24.

Diblaim parens Gomer uxoris Hoseæ prophetæ, Hoseæ.1.

Dikla seu Dikela filius Iaketan,1.Para.1. Gene.10.Iosephus lib.1.cap.14.antiq.

Dilean uel Deleam, locus tribus Iudæ, Iosue.15.

Dimna aliàs Damna, urbs Leuitarum in tribu Sebulon, Iosue.21.

Dimon ciuitas est Moabitarũ, quam obtinuit tribus Gad, cuius meminit Iesaias cap.15. Est etiã fluminis nomen in Moabitide.

Dimona urbs in tribu Iudæ, Iosue.15.

Dina filia Iacob patriarchæ è Lea, Gen.30. à Sichem filio Hemor opprimitur, Gene.34, interpretatur δίκη, q iurgij caussa extiterit, sicut scribit Hiero. in quæst. he.

Dina proprium nomen loci est, Esræ.4.

Dinhaba Idumææ ciuitas, qua quondam rex Bala filius Beor pro regia usus est, Gene.36.1.Para.1.

Dionysius Areopagyta, uir magnus adiunctus uiæ Domini per Paulum apostolum, Acto.17.

Diospolis ciuitas Aegypti, uelut scribit Ezechiel Straboni lib.17. aliàs Thebe dicitur.

Diotrephes Preses ecclesiæ in Asia tumidus atq; impius à Ioue nutritus, sic enim nomen interpretatur, hic primatum amauit Ioanni & Christi discipulis repu

gnans

gnans uelut scriptum est in tertia Ioannis epistola.
Disahab locus in deserto, Deute.1.ultra Iordanem, ubi Mose Deuteronomion prælegit Israëlitico populo.
Dison filius fuit Seir Horræi, Gene.36.1.Para.1.
Fuit quoq; filius Ana eiusdem nominis, 1. Para.1.
Disan & ipse Seir Horræi fuit filius, Gene.36.1.Pa.1.
Dodai Aholites princeps militiæ fuit Dauidis, 1. Chronico.27.
Dodaua è Maresa genitor fuit Eliezer, qui contra Iosaphat regem Iuda prophetauit, 2.Chroni.20.
Dodanim filius fuit Iauan filij Iapheth, Gene.10.1. Para.1.à quo Rhodij primordia traxerunt iuxta Hierony.in hebr. quæstionibus.
Dodi uel Dodo pater fuit Elearis, qui fuit inter fortes Dauidis, 2.Reg.23.1.Para.12.
Doech seruus Saulis genere Idumæus potentissimus pastorú Saulis pascens mulas in Nobe audiensq; Dauidem illic esse, 1.Reg.21.prodidit Sauli, cuius iussu interemit sacerdotem Domini Achimelech, 1.Reg.22. Iosephus lib.6.cap.13.Iudai.antiq. Vide titulum Psal.52.
Dor uel Dora, iuxta mare, Iosuæ.11, ciuitas maritima regni Chanaan tribus Ephraim, Iosuæ.12.in tribu Manasse in finibus Isaschar & Asser, Iosuæ.171. Chro.8. Iudi.1.3.Reg.4. Iose.li.8.ca.2.anti. Aegesippus li.1.ca.35.Hæc deinceps ab Herode instaurata Cæsarea est dicta Quidam hanc πύργον Strabonis dicunt.
Est Dor quoq; fontis nomen, Psal.83.Aliàs Endor,

Doreas

Dorcas puella, quã Petrus à mortuis excitauit, Actorum.9. Vide Tabea.
Dothan uel Dothaim locus est, ubi Ioseph reperit fratres suos pecora pascentes, Gene.37. qui etiã Hiero. temporibus supererat in duodecimo à Sebaste miliario contra aquilonis plagam.
Drusilla uxor Felicis procuratoris Iudææ à Paulo fidem in Christum audiuit Cæsareæ, Acto.24.
Duces ac principes Iudaici populi post Babylonicam captiuitatem fuerunt ex Lucæ.3.capite.
1 Serubabel filius Salatiel, qui præfuit annis LVIII. aliàs Berechia appellatus.
2 Ressa aliàs Misciolla dictus, siue Mesullam præfuit LXVI. annis.
3 Ioanna filius Ressa Ianus primus Philoni cognominatus, præfuit annis LIII.
4 Iuda primus cornomine Hircanus, annis præfuit XIII.
5 Iosech à Philone Ioseph primus, præfuit an. VII
6 Semei cognomine Abner XI. annis præfuit.
7 Matathia qui etiam Eli XII. annis præfuit.
8 Maath cognominatus Aser Iudaico populo præfuit annis IX.
9 Nange cognomine Artaxat X. annis præfuit.
10 Hesli aliàs Aglai appellatus præfuit XIII. an.
11 Nahum cognominatus à Philone Masloth, XII. annis præfuit.

Amos

12 Amos *cognomine Seyrach* XIIII. *præ.annis,*
13 Matathia *Philoni Siloa dictus, præfuit annis* XVIII.
14 Ioseph *aliàs Iosephus iunior, cognomine Arses præfuit* XL. *annis.*
15 Ianne *siue Ianus Secundus cognomine Hircanus, annis* XL. *præfuit.*

Illos secuti sunt ASMONAI, qui simul *cum pontificatu etiam ducatum surripuerũt à domo Dauid. Sunt autem sequentes.*

1 Iudas *Asmonai. quem nos Machabæum uocamus. præfuit annis* V.
2 Ionathas *frater eius præfuit annis* XIX.
3 Simon *annis* VIII. *præfuit.*
4 Ioannes *Hircanus priscus* XXVI. *an. præfuit*
5 Aristobulus *uno anno præfuit.*
6 Ianneus *Alexander annis* XXVII. *præfuit.*
7 Alexandra *uxor eius* IX. *annis.*
8 Vltimus *Hircanus* XXXIIII. *annis præfuit.*
9 Herodes *præfuit* XXXVII. *In eius tricesimo anno natus est Iesus Christus saluator mundi. Lege Philonem, Iosephum, & Aegesippum.*

Duma *aliàs Roma urbs in tribu Iuda, Iosue.15. De hac Hieronymus in ecloga.*

Duma *quoq; nomen est unius filiorũ Ismaëlis, Gen. 25. 1. Para. 1. Est eiusdem nominis Duma ciuitas Edom à filio Ismaëlis nomen sortita. De qua Iesa. 21.*

Dura

Dura uallis prouinciæ Babylonis ubi Nebucadnezer auream erigit ſtatuam adorandam, Danie.3.

E

EBal mons ultra Iordanē in terra Chanaan, non longe ab Hierichunte in quo altari conſtructo poſuit Moſe maledictiones, Deute.11. 27. Ioſuæ.8. Ioſephus lib.4. cap.6. antiq. Iudai.

Ebal filius fuit Sebal filij Seir Horræi, princeps Horreorum, Gene.36. 1. Para.1.

Ebal alius filius Iaktan filij Eber, 1. Para.1.

Ebed pater Gaal, de quo Iudic.9.

Eber filius fuit Salach filij Arphacſad, filij Sem, filij Noah: ab hoc Iudæi Hebræi ſunt dicti, Gene.10. 1. Para. 1. Alij tamē Hebræos dictos uolunt, quod trans Euphratem habitarint. Eber enim trans ſignificat. Hic Eber genuit Peleg & Iaketan, Gene.10. Ioſephus lib.1. capi.14. Iudai. antiqui.

Eber uir de tribu Gad, 1. Chro.6. Alius è ſtirpe BenIamin filius Elpaad, 1. Chro.9. Fuit quoq; eiuſdem nominis & ſtirpis filius Saſak, 1. Chro.9.

Fuit etiam ſacerdos quidam Eber filius Amok, Nehe.12

Ebron aliàs Acran urbs & limes tribus Aſſeris, Ioſuæ.19.

Ebrona, uide Abrona.

Ebzan aliàs Abeſſan de Bethlahem, quæ eſt in Sebulonis tribu poſt Iephthah iudicauit Iſraël ſeptem annis habuit triginta filios & totidem filias, ſepultus eſt in Beth-

Bethlahem, Iudicum cap. duodecimo.

Eden plaga est ad Orientem amplißima, ubi erat Paradisus Gene. 2. & 4. Ezechie. 27, 28, 31, 32. Iesaiæ. 30. Amos, 1.

Eden Leuita temporibus Iehiskiæ regis, filius Ioah è filijs Gerson, 2. Chroni. 29. & 31.

Eder Filius Musi, filij Merari ex Leui, 1. Chronicorū 24. & 25.

Eder siue Adara, id ē sirex, urbs in tribu Iuda, Iosue 15. 19. Est quoq; turris nomen, ubi filij Iacob tabernaculum fixerunt, Gene. 35. Micheæ 4. Hiero. in heb. quæsti. scribit Hebræos hunc locum dicere, ubi postea templū ædificatū est, & turrim. Ader turrim gregis significari, hoc est cōgregationis & cœtus. In locis uere hebraicis scribit Gader turrim, ubi habitāte Iacob Ruben patris uiolauit thorum, Gene. 35.

Edom qui aliàs Esau & Seir, filius Isaac patriarchæ frater Iacob notus in morem pellis hispidus & Rufus, unde & nomen ei. Edom enim rubrum siue fuluum dicitur, Gene. 25. quod etiam Iosephus lib. 2. cap. 1. Iuda. antiq. & Hiero. in traditionibus hebrai. annotauit. Ab hoc regio quam incoluit, Edom appellata est, quam nos Idumæam uocamus. Hæc in Syria ad meridiem Iudææ sita, habet Arabiam ab Austro, Phœniciam à Borea, aliàs porrò Gabalene, item et Amalechitis ab Amalech uocitatur: uelut idem Iosephus ut supra indicat. Verun tamen idem Iosephus lib. 5. cap. 3. antiq. duplicem Idu-

meam ponit. Superiorem & inferiorem. Superiorē elegit tribus Iudæ, quæ in longum quidem extenditur usq; ad Hierosolymam, latitudine uero usq; ad paludem Sodomæ constituta est. In hac autem sorte ciuitates erant Ascalon & Gaza, istam Palestinam alias dicunt, Inferior Idumæa sorte cessit Simeonis tribui, hæc circa Aegyptum est & Arabiæ montem. Hæc ille, Edomitæ noluerunt filijs Israël transitum permittere per terram ipsorum, Nume.20. Saul istos oppugnauit, Samue.14. Dauid ipsos sibi seruire fecit, 2. Samue.8, 1.Chro.19.

Horum principales urbes fuerunt.

Theman	Ela
Dedan	Eloth
Bazra	Dinhaba
uel Bozra	Aroith aliàs Gethiaim
Masrek	Ezeonsiaber
Rehoboth	Pinon
Pagu	Kenas
Ahalibama	Magdiel
Mibzar	Iram
Thimma	Dama, Gene.36.
Alia uel Alwa	1.Chro.1.
Ietheth	Ezechielis.25.

Contra Edom prophetauit Hiere.cap.49. Ezech.25.et 35. Amos.1. Psal.60.83. & 137.

Idumæi inquit Volater. li.11. geogra. in litore Palestinæ

stinæ uersus Aegyptum & Arabiam siti sunt, Gens ex Nabathæis uicinis Arabiæ populis profecta. Inter hos sunt oppida Philistinorum ab Hebræis appellatorũ, qui idem cum Palestinis mutatis literis sunt.

Edrei in regione Amorræorũ urbs regis Og, ubi ipse contra Israël pugnauit, & cesus est, Deute. 1. & 3. Nume. 21. Iosua. 12. quam sorte accepit dimidia tribus Manasse, Iosuæ. 13. Est alia in tribu Naphthali, Iosuæ. 19.

Egebarim in solitudine locus, ubi XXXVIII. mansio Israëlitarum fuit, Nume. 21. & 33. quære infra Igim & Iie Abarim.

Egla uxor Dauidis, quæ peperit ei Iethream, 2. Reg. 3 1. Para. 3. Iosephus lib. 7. cap. 1. Iud. antiq. Hiero. in heb. quæst. Hanc Michol filiam Saul fuisse sentit, quæ etiam partu occubuerit.

Eglaim ciuitas sita in extremis finibus Moabitarũ, cuius meminit Iesaias. 15.

Eglon uel Eglona Amorræorum urbs in tribu Iuda, Iosuæ. 10. 15. Hieron. in ecloga hanc Odollam quoq; dici (affirmat.

Eglon rex Moabitarum copulatis sibi Ammonitis & Amalechitis contra Israël pugnans à Ehud filio Gerasica transfoditur, Iudic. 4.

Ehi filius BenIamin cum Israël in Aegyptũ uenit, Gene. 46. Hic. 1. Chro. 9. Rapha iuxta Hiero. appellatur.

Ehud qui à LXX. interpretibus, & Iose. lib. 5, ca, 2. anti. Iud. Aoth appellatur. Iudex Israëlis per LXXX annos, filius fuit Gera filij Iemini de tribu BenIamin

ambidexter, qui pugione traiecit Eglon regem Moabitarum, Iudic. 3. 1. Chro. 9. Alius eiusdem nominis & stirpis filius Bilhan, 1. Chro. 8. de cuius progenie Iudicē Ehud progenitum, scribit Hieronymus.

Eion ciuitas regni Israël, quā Aßyriorū rex pugnando cæpit, 4. Reg 15. 2. Chro. 19.

Eker filius Ram filij Ierahmeelis, 1. Para. 2.

Ekes quære infra Ites.

Ekiron uel Accaron urbs in tribu Iuda, Iosua, 13. 15. Iudi. 1. Hæc fuit Philistinorū, 1. Reg. 6. Hiere. 25. Amos. 1 Sopho, 2. Zacha. 9. Hieronymus in locis plura.

Ekironitæ reguli Philistinorum, Iosuæ. 13.

Ekron aliàs Achron urbs in tribu Dan, Iosua. 19.

Ela filius Chaleb filij Iephune è tribu Iuda, 1. Para. 4. Alius è tribu BenIamin filius Vsi, 1. Chroni. 10.

Ela ciuitas Idumæorum principum, Gene. 36. 1. Para. 1

Ela pater Simei præfecti Salomonis, 3. Regum. 4. Fuit eiusdem nominis pater Hoseæ regis Israël, 4. Reg. 15.

Elaſſa filius Saphan una cum Gamaria mittitur cum literis Hieremiæ ad captiuos in Babylonia, Hiere. 29.

Elam è tribu BenIamin filius Sasak. 1. Chro. 9. Alius è Leui filius Meselemiæ, ianitor templi, 1. Chro. 29. Fuit & populi Iudaici princeps quidam huius nominis post captiuitatem Babylonicam, Nehe. 10. 12.

Elam filius Sem, Gene. 10 hic Elamitas, qui Persarum principes sunt, dereliquit, Iosephus li. 1. ca. 14. antiq. ab hoc Elam regio Persidis habet nomen. De qua Iesaiæ. 11 21. 23.

21.25.Hiere.25.&.49.Danie.8.Ezech.32,Ipsa fuit regia Kedor Laomor,Gene,14.Esræ.4. Elam autem Medi,Sogdiani,Bactriani sunt,Persæ cum Chaldæis.

Elamitæ itaq; teste Iosepho li.1.cap.14.antiq. Iudai. Persarum sunt principes ab Elam filio Sem conditi.Horum pars dicuntur Atramitæ mediterranea habitãtes, Elamitæ uero maritimi sunt,uelut scribit Plinius li.6. cap.28.natura,histo.Horum fit mentio Acto.2.

Fuit etiã Elam redux è captiuitate Babylonica in terram Iuda,Esræ.2.&.8.Ibidẽ & alterius Elam fit mentio,quod uidetur etiam nomen loci esse.

Ellasar ciuitas, qua pro regio usus est rex Arioth, Genesis.14.

Ella patre Baesa rex Israëlitarum in Thirza inter pocula altero regni anno à Simri seruo uita priuatus est, 3.Regum 16.

Elath siue Ailat urbs est regni Edom,id est,Idumææ ad mare rubrum in extremis finibus Palestinæ in decimo à Petra miliario cõtra Orientem,Deute.2.unde ex Aegypto Indiam uersus,& inde ad Aegyptum nauigatur,teste Hiero.huius mentionem habes,3.Reg.9.et.2. Chro 8.&.26.Nunc Beronice,Iosephus li.8.ca.6.antiqui.Vide Hieronymum in locis,& supra Auat.

Elcana filius Ierocham,filij Elihu de Ramatha Zoophim Samuelis genitor fuit,genere Leuites de Korah, 1.Reg.1.1.Para.7.Habuit duas uxores,Hannam et Phenenna.De alijs huius nominis uide infra Elkana.

Eldad propheta fuit, qui Mosis tempore floruit, Nume. 11. Hunc Hiero. Epher, 1. Chro. 4. esse refert.

Eldaa filius Midian nepos Abrahæ, Ge. 25. 1. Para. 1.

Elle pater Etam de tribu Iuda, 1. Para. 4.

Eleasar sacerdos Domini & princeps Leuitarũ, Numeri. 3. Filius fuit Aharonis pontifex ex Eliseba uxore. Exo. 6. & 28. Nume. 26. 1. Chro. 7. 10. & 25. succeßit patri in sacerdotio, Nume. 20. Iste una cum Iehosua duce tribubus Israël destribuit terram Chanaan, præfuit populo diebus multis, deinde mortuus est in Gibeath Pinehas, ubi & sepultus est, Iosua. 24. Hic genuit Pinehas filium Exo. 6. Alius eiusdem nominis filius Maheli filij Merari Leuites, 1. Chro. 24. Alius filius Pinchas Leuita post captiuitatem Babylonicam, Esræ. 8.

Eleasar filius Dodi filij Ahohi, fortis est Dauidis, 2. Reg. 23. 1. Para. 12. Alius filius Eliud genitor Matthan qui in Christi genealogia recensetur, Matth. 1.

Eleasar filius Abinadab Leuitæ in sacerdotem constituitur, 1. Reg. 7. Est etiam Eleazer Damascenus seruus Abraham, Gene. 15.

Eleasa filius Pashur sacerdotis quoq; alienigenas uxores repudiat, Esræ. 10.

Elleasa filius Halez, 1. Para. 2.

Eleasa filius Rapha de tribu Beniamin et genere Saulis, 1. Chro. 9. 10.

Eleada filius Thahath è stirpe Ephraim, 1. Chron. 8.

Elead filius Suthelah è tribu Ephraim, 1. Chro. 8. cũ fratre

fratre Eser in Gath Philistinorum interfectus.
Eleusai è BenIamin tribu Dauidis socius.1.Chro.13.
Eleph urbs tribus BenIamin, Iosuæ.18.
Eleale urbs est Amorræorũ Moabitarũ, cuius fit mẽtio Iesaiæ.15.in Galaaditide regione tribui Ruben ascripta, Hiere.48.Nume.32.
Elhana filius Iaere Orgim Bethlehemites percußit Galiath Getheum in Gob, 2.Reg.21.1 Chro.21. numeratur inter robustos Dauidis, 2.Reg.23.1.Chro.12.
Elharem aliàs Horrem, urbs in tribu Napthali, Iosuæ.19.
Eli sacerdos Domini fuit in Silo, 1.Reg.1. Descẽdit ab Ithamar filio Aharonis.
Elia propheta patria Thesbites de ciuibus Gilead, hũc post uaria miracula ultimi Regũ libri non mortuũ, sed uiuum in cœlum raptũ esse narrant.3.Reg.17.18.21.4. Reg.2. Malach.4.semel à Coruis pastus, 3.Reg.17. Sacerdotes Baal sacrificauit, 3.Reg.19. Iezabelem fugit.3 Reg.19. Quinquagenarios igne cœli cõbußit, 4. Reg.1. Lu.9. Huius meminit Christus Mat.11.et.17.Lu.1.et.4
Elias propheta fuit, alius à Thesbita illo, de quo iam ante dictum est. Hunc Malachias propheta cap.4. nunciat mittendũ ante Christũ Meßiam. Christus uero hũc Iohannem baptistam interpretatur, Matth.11. Ioan.1.
Elia filius Harim sacerdotis alienigenas & ipse repudiat, Esra.10. Alius è filijs Elam idem fecit, ibidem.
Elia filius Ierobam de stirpe BenIamin, 1.Chro.9.

Elisa siue Helisæus prophetes patre Saphat editus de Abel Mehola,3.Reg.19.agricola fuit.Iosephus li.8.ca. 13.antiq.Iudai.testus mortuus mortuum suscitat,4.Reg. 13 De eodem.4.Reg.2.& 6.Lucæ.4.

Elisa filius Ianan filij Iaphet,Gen.10.à quo Elisæi,qui Aeolij.Iosephus li.1.cap.11.antiq.Iudai.1. Para.1.

Elisa quoq; insulæ nomen est,cuius meminit Ezechiel cap.27.in mari Ionio.

Eliam filius Achitophelis Gilonitæ fortis Dauid,2. Reg,23.genitor fuit BathSebæ Dauidis concubinæ, & uxoris Vriæ Hethæi,2. Samuelis.11.

Eliezer filius Becher,filij Beniamin,1. Chro.8.

Alius eisdem nominis Sacerdos & Psaltes Dauidis,1. Chronicorum.16.

Fuit & Mosi filius huius nominis ab adiuuando dictus,Exodi,2.18.1.Chroni.24.

Eliezer Propheta é Maresa patre Dodaphan contra Iosaphat prophetauit,2. Chro.20.

Eliezer unus filiorū Iosua sacerdotis alienigenas uxores repudiat,Esræ.10.

Eliezer filius Sichri dux & princeps Rubenitarum sub Dauide,1.Chro.28. Alius redux é captiuitate Babylonica,Esræ.8.

Eliezer Leuita uxorē alienigenam repudiat,Esræ.10. Alius filius Harim, Ibidem.

Elihu é fratribus Dauid princeps tribu Iudæ.1.Chronicorum.28.

Alius

Alius Elihu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram contra Hiob inuide locutus est, Hiob.32. Hiero.in hebr.quæst.hunc Bileam augurem fuisse tradit.

Elihu aliàs Heliu filius fuit Thohu filij Zuph, è Leui tribu, 1.Reg.1.Iste.1.Chro.7.dicitur Elijab.

Alius è tribu Manasse socius Dauid, 1. Chro.13.

Eliud filius Achin genitor Eleasar princeps populi Iudaici in Christi genealogia numeratur, Matth.1.

Elisaphat filius Siehri centurio fuit Ioiadæ sacerdotis, 2.Chroni.23.

Eliseba filia AmmiNadab, soror Nabassonis, uxor fuit Aaronis summi pontificis, quæ genuit ei Nadab, Abihu, Eleasar, Ithamar, quatuor filios, Exo.6.

Elizabeth uxor Zachariæ sacerdotis, genita de filiabus Aaron ex stirpe Leui, cognata Mariæ, pia mulier cum esset sterilis, miraculose facta est genitrix Ioannis Baptistæ, Lucæ.1.

Elizur filius Sedeur princeps tribus Ruben in profectione ex Aegypto, Nume.1.

Eliasaph filius Ruel princeps tribus Gad, dũ ex Aegypto proficiscerentur, Nume.1.2.7.

Alius eiusdem nominis filius Lael princeps Leuitarum, Numeri.3.

Eliab filius Helon princeps tribus Sebulon, Nu.1.2.7

Alius Eliab filius Pallu filij Ruben, pater Neműel, Dathan, & Abyram seditiosorum, Numeri.16. & 26. Deutero.11.

Eliab *fuit primogenitus Isai frater Dauidis,1.Reg.16 1.Para.2.2.Chro.11.*

Alius *stirpis Gad socius Dauidis,1.Chro.13.*

Eliphas *filius Esau ex Ada uxore,Gene.36.cuius filij fuerunt Theman,Omar,Zepho,Gaetham,Kenas et Amalech,1.Chro.1.*

Eliphas *nescio an prior ille Themanites amicus fuit Hiob,ad consolandum eum ueniens, Hiob.2.*

Elika *Harodites est unus è fortibus Dauid,2.Reg.23*

Eliaheba *Saalbonites robustus fuit Dauidis,2.Reg. 23.1.Chroni.12.*

Eliphelet *filius Achasbai filij Maecbathi robustus Dauidis.2.Reg.23.aliàs Eliphal,1.Chro.12.dictus.*

Alius *filius Adonikam redux ex captiuitate Babylonica,Esrae.8.*

Elipelet *è stirpe BenIamin filius Esek,1.Chro.9.*

Eliphelet *filius Hasum reijcit alienigenam,Esrae.10.*

Eliphalet *Dauidis filius,natus in Hierusalem,2.Regum.5.1.Para.3.& .14.*

Elihoreph *filius Sisa,scriba fuit Salomonis,3.Re.4*

Ellada *genitor fuit Reson aduersarij Salomo.3.Re.11*

Eliakim *qui & Ieboiakim rex Iudae, filius Iosiae,4.Reg.23.& Chro.36.de quo infra.*

Eliakim *filius Hilkia praepositus domus Iehiskiae regis Iuda successor Sebna,4.Reg.18.Iesaiae.22.36.*

Alius *sacerdos in Hierusalem post exilium Babyloni cum,Nehemiae.12.*

Fuit

Fuit etiã Eliachim filius Abiud genitor Azor, Matt. 1
Elisama pater Nethaniæ, auus Ismaëlis occisoris Godaliæ, 4. Regum. 25.
Alius sacerdos Iosaphat legis doctor, 2. Chro. 17.
Alius eiusdem nominis filius Iekamia, 1. Para. 2.
Alius Scriba, Hieremiæ. 36.
Alius è tribu Ephraim filius Ammihud, auus Iosua ducis, 1. Chroni. 8.
Elioenai filius Nearia, 1. Parali. 3.
Alius eiusdem nominis è tribu Simeon. 1. Chro. 5.
Fuit quoq; alius nepos BenIamin filius Becher, 1. Chr. 8.
Alius Elioenai filius Serahia redux in terram Iuda ex captiuitate Babylonica, Esræ. 8.
Elioenai è Leui filius Meselemiæ ianitor templi, 1. Chronicorum. 27.
Elioenai filius Sathu abijcit alienigenã uxorẽ Esr. 10
Alius sacerdos in Hierusalem post exilium Babylonicũ Nehemiæ. 12.
Elioena è filijs Pashur sacerdotis abijcit alienigenã Esræ. 10.
Eliasib sacerdos magnus XXI. annis in Hierusalem post captiuitatem Babylonicam filius Ioiakim, nepos Iehosua filij Iozadak: hic ædificauit portam gregis in Hierusalem, Nehe. 3. & 12. hic thezaurũ Tobiæ Ammonitæ Iudæorum hostis in Gazophilatiũ reposuit, Nehe. 13. huius nepos quidam duxit uxorem filiam Saneballat Iudæorum hostis, Nehemiæ. 13.

Eliasib *filius Elionai*,1.*Para*.3,

Alius sacerdos Dauidis è stirpe Aaron,1.*Chro*.25.

Alius genitor Iohanan, Esræ.10.

Eliasib *cantor repudiat alienigenam, Esræ*.10.

Alius filius Sathu quoq; abijcit alienigenam, Esræ.10:

Eliel *clarus princeps dimidiæ tribus Manaßis* 1.*Chr*.6

Alius è stirpe Beniamin,1.*Chro*.9.

Fuit alius è fortibus Dauid Maheuites.1.*Chro*.12.

Alius è stirpe Gad, socius Dauidis,1.*Chro*.13.

Eliel *Leuites Dauidis tēpore filius Hebronis*,1.*Chro*.16. *Alius Iehiskia temporibus*.2. *Chro*.31.

Elijab *filius Thoah Leuiticæ stirpis, pater Ierobam attauus Samuelis*.1.*Samuelis*.1.1.*Chroni*.7.*Idem Eliel eodem capite dicitur*. *Alius Eliab eiusdem stirpis psaltes Dauidis, ianitorq; tabernaculi*,1.*Chro*.16.

Eliphal *filius Vr inter Dauidis robustos numeratur* 1.*Chro*.12.*aliàs Eliphelet dictus*.1.*Reg*.23.

Elizaphan *genere Leuites, cuius filijs Dauid ad tabernaculi ministeriū usus est*,1.*Chro*.16.2.*Chro*.29.

Elizaphan *filius Parnach princeps tribus Sebulon in diuisione terræ, Nume*.34.

Elipheleia *Psaltes Dauidis, & ianitor tabernaculi* 1.*Chronico*.16.

Eliatha *filius Heman cantoris Dauidis*,1.*Chro*.26.

Eli *trinomius fuit. nam idem*.4.*Reg*.12.*Ioas rex Iuda Lucæ*.5.*Simeon appellatur*.

Elymas *Magus & pseudopropheta Iudæus, aliàs Bariesu*

Barieſu dictus in Papho Cypri urbe Paulo & Barnabæ reſtitit, Actorum.13.

Elim fuit quarta manſio filiorũ Iſraël in deſerto, Numeri.33, Exodi.16. XII. lympidiſs. fontibus, & LXX. palmarum arboribus nobilis.

Elimelech Bethlehemita maritus fuit Naemi, cum qua peregrinatus in terra Moab, mortuus eſt in ea, Ruth.1. & Ioſephus lib.5. cap.14. Iudi. antiq. Hiero in hebrai. quæſtio. hunc dicit eſſe Abelai filium Sean, de quo 1. Chroni.2.

Elim ciuitas in extremis finibus Moabitarũ, Ieſaiæ.15

Eliſua Dauidis filius in Hieruſalem natus, 2. Reg.5. 2. Chronico, 14.

Eliſama filius David natus Hieroſolymis, 2. Regũ.5. 1 Para.3. & .14.

Alius Eliſama filius Ammihud princeps tribus Ephraim, Nume.1. & .7.

Alius ſcriba Ioiakim, Hiere.36.

Eliada quoq; Dauidis filius Hieroſolymis genitus, 2. Reg.5. hic aliàs Baeliada dicitur, 1. Chro.14.

Elkana pater Samuelis, uide ſupra Elcana.

Elkana filius Aßir Leuiticæ ſtirpis genitor Abiaſaph, 1. Chro.7. Exodi.6.

Alius Elkana eiuſdẽ tribus filius Abimoth, 1. Chro..7

Alius huius nominis proximus à Ahas rege, quem occidit Sichri, 2. Chro.28.

Elkana de Zoph Elkanæ filius, 1. Chro.7.

Elkana

Elkana Leuites habitauit Netophati,1.Chro.10.ian tor arcæ,1.Chro.16.
Elkos siue Helkesc uiculus est in Galilea,ex quo Nahum propheta fuit, Nahum.1.qui à loco Elcosites appel latus est.
Elkana è stirpe BenIamin Dauidis socius,1.Chro.13.
Elnathau de Hierusalem mater Ioiachim regis Iuda 4.Regrm.24.
Elnathan filius Achbor,missus fuit à Ioiakim rege in Aegyptum ad reducendum Vriam prophetam, Hieremiæ.26.36.
Elnathan duo eiusdem nominis,qui in Iudam de ca ptiuitate Babylonica redierant, Esræ.8.
Elnaan genitor Ieribai & Iosawia robustorum Da uidis,1.Chro.12.
Elom aliàs Abialon Zebulonites decem annis iudica uit Israël,sepultus in Zebulon, Iudi.12.
Elon filius Sebulonis, Aegyptum cum reliquis Israël filijs ingressus est, Genesis.46.Inde Elonitarum fami lia,Numeri.26.
Elon aliàs Helon urbs in tribu Naphthali, Iosuæ.19. &.3.Regum.4.
Alia in sorte Dan, Iosuæ.19.
Elon quoq; fuit Hethæus pater Basmath uxoris Esau Gene.27.36.
Eloni Mamre,quercetum iuxta Chebrona à Mamra Amorræo nomē inuenit,testante Mose lib.1.his uerbis:
Abra

Abraham uenit, & habitauit iuxta conuallem Mamre, quae est in Hebron.

Eloth *urbem Idumaea reparauit Asaria rex Iuda & regno Iudae restituit, 4.Reg.14.2.Para.26.quā deinde Rezin rex Assur rursus Syriae restituit, 4.Reg.16. Iosephus lib.9.cap.13.antiq. Iudaicarum Ailath uocat ad mare rubrum positam.*

Elpaad *filius Seharaim ex Husim uxore tribus Beniamin, 1.Chroni.9.*

Elsabad *è Gad tribu Dauidis adiutor, 1.Chro.13. Alius è Leui ianitor tabernaculi filius Semaia, 1.Chr.27*

Elsabad *filius Semaia ianitoris templi, 1.Chroni.27*

El Tholap *locus in tribu Iuda, Iosue.15.est idem in tribu Simeon, Iosue.19,*

Elthekon *siue Heltheeen urbs in tribu Iuda, Ios.15.*

Elteke *aliàs Helcheten urbs in tribu Dan, Iosue.19. leuitis concessa, Iosue.21.*

Elzaphan *nepos Leui filius Vsielis, Exod.6. frater Mesaelis, Leui.10. princeps Leuitarum, Nume.3.*

Eman *terminus Damasci sicut Ezechiel.48. legimus ad orientem uergens à Theman & Palmetis, quoniam caeteri interpretes adiderunt Thama, ita Hiero.in locis hebraicis.*

Emaus *Palestinae urbs nunc appellata Nicopolis, è qua Cleophas fuit. De quo Lucae.24.*

Emek Ela *locus est ubi Saul & Israëlitae cum Palestinis manus conseruerunt, 1.Regum.17. Martinus Luther trans-*

ther transtulit Aichgrund, id est, uallem quercus.

Emek Bereka uallis est, quæ à laudando nomē inuenit, id est uallis benedicta, de qua in Par. 2. 2. Chr. 20

Emek Melech, id est uallis regia, Künigs grundt. aliàs Emek Saue, Gene. 14. Ad uallem Saue que est uallis regia, & 2. Reg. 18.

Emek Ha Sidim uallis est, quæ postea palus est effecta, lacusq; Asphaltis cæpit uocari. Hæc Iosephus lib. 1. cap. 17. antiq. Iudai. Cum quo etiam concordat Salomo, Hebræorum cōmentator super primum Mosis sic scribens. Emek Sidim sic nomen eius, quod in eodē loco sit multitudo pecorum & camporum. Vocatur quoq; mare salsum, Gene. 14. Vide Hiero. in quæst. hebr.

Emek Kezin ciuitas ē in tribu BenIamin. Iosua. 18

Emek Achor, id est uallis turbationis. Ibi enim Israëlitæ propter clamidem auro contextā, quam Achan furto abstulit cōturbati sunt, Iosua. 15. Oseæ. 2. Iesaiæ. 65

Emek Rephaim, id est uallis Gigantum, in tribu BenIamin, Iosua. 15. 18. Iesaiæ. 17. & 2. Regum. 5. 23. 1. Chroni. 12. 15. 19.

Emek Saue, quæ & Emek Hamelek, id est uallis regia, da qua Gene. 14. & supra.

Emek urbs in tribu Ruben in montanis, Iosuæ. 13. est & alia in tribu BenIamin, Iosuæ. 18. Est etiam uallis dicta Iezrael, Hebræis uero Emek, Iosuæ. 17. 1. Regum. 31.

Emim à terrore terribiles gigantes fuerunt in Ar ciuitate Moabitarum, Deute. 2. ut animo ita uiribus non

inferio

inferiores Enakim, alio nomine Rephaim nuncupantur Genesis, 14.

Enam locus in tribu Iuda, Iosuæ. 15. hodieq; uilla est Bethemim circa Therebinthum, Hiero. in locis hebr.

Enan genitor Achira principis militiæ tribus Naphthali, Nume. 1. & 7.

Enak Tyrannus filius Arba fuit, ab hoc denominati sunt Enakim populi robustißimi, quos apud Iehosuam cap. 14. in Hebrone habitasse legimus, Nume. 13. Deute. 1. 2, Iosua. 11. 14, 15.

Enakim gigantes fuere uiolenti, Nume. 13. Deut. 2. & 2. quos interfecit Iosua dux Israëlitarum, Iosuæ. 11 fuerunt in Hebron, Iosuæ. 14. & in Dabir atq; Anab, Gaza, Geth, & Asdod, Iosua. 11, Enachim expulerunt Chananæi, Deutero. 2.

Enamim filius Mizaim filij Ham. Gen. 10. Iosephus libro 1. cap. 12. antiq. Iudai. 1. Para. 1.

Endor urbs tribus Manasse in Iezrael, cuius recordatur Psalm. 83. Iosue. 17. ubi Saul Phitonissam consuluit, 1. Regum. 28. iuxta Naim urbem sita, uide Hieronymum in locis hebr.

En Eglaim locus haud longe à mari mortuo, cuius fit mentio Ezech. 47.

Enganim locus trtbus Iudæ, Iosua. 15. Hieronymo in locis hebraicis, est uicus iuxta Bethel, Alia ciuitas sacerdotum in tribu Isascharis, Iosua. 19. 21.

Engannen aliâs Enganni urbs in tribu Isaschar,

Iosuæ.19, Leuitis tradita, Iosuæ.21. Hieronymo. Est & alia quædam ciuitas Enganna nomine circa Gerasam trans Iordanem.

Engeddi urbs in tribu Iuda iuxta mare mortuũ contra occidentem. Ezech.47, Iosuæ.15. ubi Dauid in persequutione Saulis mansit absconditus, 1. Regum.23.24. Aliàs Hazezon Thamar. Iosua.15. Canticorum.1. Meminit Engade etiam Solinus.

Enhadah aliàs Henadda urbs in tribu Isaschar, Iosuæ.19. Est autem usq; hodie quædam uilla Enadda per gentibus de Eleutheropoli Aeliam quasi X. miliario, Hieronymus in locis.

Eu Hazar urbs in tribu Naphthali, Iosuæ.19.

Enik portio terræ Chananææ, Iosuæ,17,

En Kore Aser Balehi fons est de quo Iudicũ historia loquitur cap.15. Et dissecuit Deus dentem molarem in maxilla, & egressæ sunt inde aquæ, & bibit & rediit spiritus eius & reuixit, propterea uocauit nomẽ eius fontem inuocantis, qui est ex maxilla usq; in hodiernum diem.

En Mispat, id est, fons iudicij, qui Mosi Gene.14. Kades dicitur: locus apud Petram per anticipationem dictus, quod Deus postea ibi iudicauit populum, Hieronymo in quæst. hebr. annotante.

Enos filius fuit Seth, filij Adam, pius & rectus cœpit inuocare nomen Domini, Gene.4. Ioseph. lib.1. cap,5. antiq. Iudai. Vixit annis 905. Gene.5. &, 1. Para.1. Interpre

terpretatur homo uel uir, teste Hiero. in hebr. quæstio. Huius filius fuit Cainan, Gene. 5.

Enoch filius Iared, uir pius & rectus, genuit Methusalah, aliosq; filios & filias. Cum uixisset annos trecentos sexaginta quinq;, à Domino ablatus est, nec postea uisus in terra, Gene. 5. 1. Chro. 1. Iosephus lib. 1. capi. 5. antiq. Iudai. Hebr 11.

Ennon conuallis filij Ennon, Iosuæ. 15. Hiere. 7. Vide infra Ge Hinnam.

En Rogel terminus est Iudæ ad septentrionē Ios. 18

Enrimmon ciuitas in qua filij Iudæ habitarūt post Babylonicum exilium, Nehe. 11.

Ensemes aqua in tribu Beniamin. Latinus codex habet fons solis, Iosuæ. 15. 18. terminus est tribus Iudæ ad Aquilonem.

En Thapuah terminus filiorū Manasse, Iosua. 17,

Epaphroditus Apostolus Philippensiū, collega & commilito Pauli, quemadmodū habes Philip. 2. & 4.

Epaphras Episcopus Collossensium fidus minister Christi, Coloss. 1, & 4. simul cum Paulo captiuus Romæ seruatus, uelut ex epistola ad Philemonem colligitur.

Epha concubina Chaleb genuit Haran, Moza, & Gases, 1. Para, 2. fuit diusdē nominis filius Iahdai, 1. Para. 2

Ephai filius Midian nepos Abrahæ, Gen. 25, 1. Para, 1. Hic partem Arabiæ tenuit uelut ex Iesa. 60. colligitur

Ephai Netophatites princeps Iudææ nō est abductus in Babylonem, Hiere. 49.

Epænetus *primus in Achaia qui Christi Euangelio credidit, uelut Paulus salutando ipsum indicat, Rom.16*

Epher *clarus princeps dimidiæ tribus Manaßis, 1. Chronicorum. 6.*

Epher *patre Mide Ian genitus, Gene.25. Is una cum liberis & nepotibus habitauit in Aphrica, cui nomen suum reliquit teste Iosepho lib.1. antiq. Iudai. ca.23. qui Alexandrũ Polyhistora, & Cleodemum suæ sententiæ astipulatores citat. Vnde Hiero. deprompsit ea quæ in hebraicis quæst. scribit. De hoc, 1. Para. 1.*

Alius *eiusdem nominis filius Esra, de tribu Iudæ, 1. Para. 4. quem Hiero. in quæst hebr. Eldad esse memorat, de quo Nume. 11.*

Ephlal *filius Sabad. 1. Para. 2.*

Ephesus *minoris Asiæ metropolis & emporium celeberrimum Amazonum opus, Ionicarum clarißima à nomine & ipsa Amazonis appellata, pluribus ante nominibus dicta. Vrychia, Ortigya, Ptelis, Arsinoë ab uxore Lysimachi. In hac templum Dianæ celeberrimũ á tota Asia annos CC. ædificatum. Hæc Raphael Volater. lib. 10. Geogra. In Epheso etiam Paulus prædicauit, Acto. 18. Huius meminit Apostolus 1. Corin. 16. Apoca. 1. & 2. Extat & Pauli epist. ad Ephesios.*

Epicurus *filius Neoclis Atheniẽsis philosophus uoluptatem summum bonum statuit, de quo multa Dioge nes Laertius i. uita eius, Strabo in. 14. Hic uelut Cicero scribit in lib. de finibus bonorum & malorum ex ani*

mis bo

mis hominum extraxit radicitus religionem, quum dijs immortalibus & opem & gratiam sustulisset. Huius secte philosophi Epicurei uocantur, quales Athenis contra Paulum disputabant, Actorum. 17,

Echod *genitor Hannielis principis tribus filiorum Manasse, Numeri. 34.*

Ephra *locus ubi Philistijm è tribus cuneis unum cuneum direxerant contra Israël, 1. Reg. 13.*

Ephraim *filius Ioseph patriarchæ, ex Asnath filia Potipharis sacerdotis On, natus in terra Aegypti sic appellatus, quod sui patris opes eo genito super modũ creuerint in ea regione in qua antea multum erumnarum perpessus fuerat, Gene. 41. Filij eius fuerunt Suthelach & Bria, 1. Chro. 8.*

Ab *illo tribus Ephraim nomenclaturam habet, quæ à Iordane flumine usq; ad Gaser longitudinem habuit, latitudinem uero quæcunq; à Bethelis usq; ad campũ maximum terminatur, Iosepho lib. 5. cap. 5. Iudai. antiqui. Vide Ezech. 48.*

Ephraim *etiam mons in terra Iuda ad Aquilonem quem poßiderunt filij Ioseph, Iosua. 13. & 17.*

Dictæ *sunt quoq; decem tribus Israël, siue regnum Israël Ephraim, uelut Iesaiæ. 7. & 9. Oseæ. 5. Legis & Psalm. 59. Ephraim fortitudo capitis mei. Et Psalmo. 78. Tribum Ephraim non elegit. Similiter Psalmo. 108.*

Porrò urbes & termini tribus Ephraim fuerunt.
Bethel quæ aliàs Luza dicta Thimnath Serah urbs.

Arci Ataroth	in monte Ephraim
Iaphleti	Iosua.19.
Bethoron inferior &	Nacran
superior	Vsen Secra
Gaser	Aia
Ataroth Adar	Bet Sean
Michmethath	Thaenach
Thaenath Silo	Megiddo
Ianoha	Dor
Ataroth	1.Chro.8.
Naaratha	Kibzim
Ieriho	Iosuæ.21.

Thapuah Nahallana, Iosuæ.16.

Ephraim quoq; Hierosolymitanæ portæ uocabulum fuit, uelut legis.4.Reg.14.Nehe.8.&.12.

Ephrata uxor fuit Chaleb, filij Hezron post defunctam priorem uxorem Asubam, ipsa peperit ipsi Chaleb Hur filium, 1. Parali.2. Ab hac Calebis uxore Ephrata urbs nomenclaturã accepit, quæ est in tribu Iudæ, aliàs Bethlehem dicta, 1. Chroni.2.&.4. Videtur eadem esse quæ Chaleb Ephrata appellatur, 1. Para.2. ubi mortuus est Hezron. Vide de hac re etiam Hiero. in traditionibus hebraicis.

Ephrata aliàs, sicut Moses in primo libro cap.35.& 48. memoriæ prodidit, Bethlahem dicta. Est uelut dixi

in tribu

in tribu Iudæ Dauidis, & Christi natiuitate nobilitata, 1. Regum. 16. Micheæ. 5. Psal. 132. Matth. 2. Ab hoc dicitur Ephratæus.

Ephron *Hethæus filius Zoar uendidit Abrahæ speluncam duplicem in sepulturã Saræ, Gene. 23. Iosephus lib. 1. cap. 23. antiq. Iudai. Vbi Abraham quoq; sepultus iacet, Gene. 25 Similiter Isaac, Rebeka, Lea & Iacob, Genesis. 49.*

Ephron *mons Iosuæ. 15. & ciuitas Iudæ. forsan à Ephron filio Zoar Hethæo nomen sortita, Gene. 23. et. 25 Habes eius mentionem, 2. Chro. 13. Hanc tradunt esse Sichem, de qua infra.*

Eran *filius Suthelah è tribu Ephraim: à quo Eranitarum familia orta est, Nume. 26.*

Erestus *quæstor ærarius ciuitatis Corinthiæ pius ac syncerus homo, Roma. 16. 2. Timoth. 4. quẽ Paulus unà cum Thimotheo misit in Macedoniam, Acto. 19.*

Er *primogenitus Iudæ patriarchæ, maritus Thamar: malus sine hærede, Gene. 38. & 46. in terra Chanaan mortuus est, Nu. 26. 1. Para. 2. Ipse est Charmi. 1. Chr. 4. Fuit eiusdem nominis filius Sela filij Iuda, 1. Para. 4.*

Erech *ciuitas in campo Sinnear regionis Babyloniæ, Genesis. 10. quæ Hieronymo in hebraicis quæstionibus Edessa est.*

Erecon *terminus tribus Dan iuxta Ioppen. Vide Hieronymũ in locis hebr. & Iosephum lib. 5. cap. 3. antiquitatum Iudaicarum.*

Eri *filius* Gad *in* Aegyptum *cum* Israële *concessit*, Gene.46.*ab hoc descendit familia* Eritarum, Nume.26.

Eroim *ciuitas in* Aegypto,*iuxta* Hiero.*in locis heb. ad quam* Iosep *occurrit patri suo* Iacob, Gene.46. *Locus ille appellatur* Gosen. *Vide infra* Goschen.

Esau *filius* Isaac ex Rebeka *frater* Iacob, *idem* Edom *& Seir dicitur:uir gnarus uenandi,& homo agricola, hic pater fuit* Edomeorũ. *Nam* Idumæa Syriæ *regio habet ab ipsa denominationẽ*,Gene.15.36.*ipse enim habitauit in monte* Seir,*qui ab ipso sic appellatus est.* Esau *iste accepit uxores de filiabus* Chanaan Ada *filiã* Elon Hethæi,*&* Ahalibama *filiam* Ana *filiæ* Zibeon Heuæi Basmath *quoq; filiam* Ismaël *sororem* Nebaioth:*peperit autem* Ada Esau Eliphas : Basmath *genuit* Reguel, Ahalibama *genuit* Ieus,Iaelam , *&* Korath, Gene.36. *&*.1.Chro.1,*qui* Esau *unico edulio permutauit ius primogenituræ*,Heb.12.De *hoc* Malach.1.Roma.9.

Esban *filius* Dison *principis* Horræorũ *in terra* Seir Gene,36.1. Para.1.

Esbaal *filius fuit* Saul *regis* Hebræorum,1.Chroni.9 *&*.10.*hic*.2.Reg.2.Isboseth *uocatur.*

Escol *uallis & torrens terræ* Chanaan , *uocabulum ipsum botrum significat,eò quod exploratores inde botrum sumebant,deferentes ad* Mosen *& filios* Israël, Numeri.13.Deute.1.*In* Hebr.*est* Nachal Escol.*id est flumen botri.*

Escol Amorræus *fuit frater* Manre *et* Aner,Gene.14 *hic fuit*

hic fuit in fœdere cum Abraham. Vide Hieronymũ in quæst. hebraicis.

Esean siue Esaan urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15.

Escbon uel Hesbon urbs in Gilead Moabitarum, in quo habitauit Sihon rex Amorræorum, Nume.21. Deutero.1. Iosuæ.12.13. Leuitis data & homicidis, 1. Chro.7 è tribu Ruben, quæ possedit eam expulsis Amorræis, Iosuæ.21, Iudicum.11. Meminit huius Iesaias cap.15. Numeri.32. Hiere.48. Cantico.7. De hac Hiero. in ecloga.

Essæi siue Esseni inter Iudæos philosophi fuerunt, & priuatæ hæreseos autores, isti ad Deum cuncta redigũt immortalem animam dicunt, non celebrant cũ populo. sed seorsim, sacrificia omnia habent communia: uxores non ducunt, neq; seruos habere festinant, multasq; alias superstitiones alunt, quas annotauit Iosephus lib.18. capite.2. Iudai. antiq. & lib.2. cap.7. belli Iudaici.

Esek fons est in Palestina, quem serui Isaac foderunt, pro isthoc rixati sunt pastores Gerear cum pastoribus Isaac, unde etiam fonti nomen inditum Esek, id est, caumnia, iniuria, uiolentia, Gen.26. quod iniuria & uiolentia pastores Gerare seruos Isaac adfecerant.

Fuit etiam Beniamita frater Azel eiusdem nominis, 1. Chronicorum.9.

Eser pater Husa, filius Hur de tribu Iuda, 1. Para.4. Alius filius Suthelah è tribu Ephraim, 1. Chro.8. ipse est à Philistinis cæsus cum fratre Elead.

Tertius è tribu Gad socius Dauidis, 1. Chro.13.

Alius Esar filius Iosua ædificat muros Hierusalẽ, Neh. 3
Esra filius Seraiæ filij Asariæ sacerdotis, de progenie Aaronis, Esræ. 7. doctus diuinarũ legum & præclarus Iudaici populi magister, uir iustus, & gloria magna potens apud multitudinem, quæ de Babylonica seruitute in Iudæam redierat laudaturq́;, teste Eusebio lib. 5. ca. 8. ecclesiasticæ histo. illius felicis*s*. memoria, qđ omnes ueteres instrumenti libros citra omnem hesitationẽ recitare potuerat, & ut Samaritanis minime immiscerentur literas hebraicas permutasse. Hic aliàs Iozadak appellatur, 1. Chro. 7. Esræ. 7. Tradunt Hebræi eundẽ Esram esse Malachiam prophetam, quemadmodũ Hieronymus in quæst. hebr. refert. De Esra lege Iosephũ li. 11. antiq. Iudaicarum cap. 5.

Esra filius Iehaleelel aut Asraeel è tribu Iudæ. 1. Paralipo. 4. Hierony. in quæst. hebr. existimat hunc esse Amram patrem Mosis & Aharonis.

Esrachi patria Ethan & Heman cantorum Dauidis 3. Reg. 4. Vnde ambo Esraitæ appellãtur in titulo Psalmorum. 88. & 89.

Esriel filius Manasse è concubina Aramia, 1. Chro. 8.

Esrikam filius Azel è tribu BenIamin, 1. Chroni. 9. aliàs Asrikam dictus, 3. Chronico. 10.

Esri filius Chelub præfectus fuit agricolarum Dauidis 1. Chronicorum. 28.

Esrom qui et Iephune genitor Chaleb fuit filius Phares, Matth. 1. Lucæ. 3. quæ infra Hezron.

Esche-

Eſchemoa, *ſiue Hiſtemo, urbs in tribu Iuda, Ioſuæ 15. huius fit mentio, 1. Reg. 30. huius pater fuit Ieshath, 1. Para. 4. Leuitis conceſſa, Ioſua. 21. 1. Chro. 7.*

Eſchomoa *Maechathites è tribu Iudæ, filius Hodiſa, 1. Para. 4.*

Eſchmua *ſiue Iſtimon urbs Leuitarum è tribu Iudæ adnumerata, Ioſua. 21.*

Eſter, *quæ & Hadaſſa filia Abihail egregiæ puellæ formæ: hanc ob uenuſtatem rex Ahaſuerus repudiata Vaſthi regina in uxorem duxit, Eſter. 2. Cuius prudentia Haman Iudæorũ hoſtis periјt, & Iudæi ſaluati ſunt, Eſter. 7.*

Eſchon *loci nomen, cuius pater ſeu Dominus Mehir legitur, 1. Para. 4. ab Eſchone filio Mehir dictum.*

Eſthaol *urbs tribus Iudæ inter Asdod & Aſcalonẽ in Paleſtina, Ioſuæ. 15. alia in tribu Dan, Ioſuæ. 19. ubi filij Iſraël poſuerant caſtra contra Philiſtijm, Iudicum 13. iuxta quam ſepultus erat Simſon, Iudicũ. 16. Hieronymo uillulr Aſco dicta.*

Eſtaholitæ *familia quædam, 1. Para. 2. in Eſtahol, ubi Simſon ſepultus iacet.*

Eſupim *Hieroſolymitanus ciuis prope templum habitans, 1. Chronicorum. 27.*

Etam *petra munita in tribu Iuda erat, ubi Simſon aliquando habitauerat iuxta torrentem, Iudi. 15. Ioſephus lib. antiq. 5. cap. 13. Eſt quoq; ciuitas Iudæ à Rehabeam ædificijs munita, 2. Chro. 11.*

Elham

Etham *tertia mansio filiorũ Israël in deserto egreßis mare rubrum, sita extremis finibus solitudinis*, Nume. 33. Exo. 13. *quæ appellabatur* Ebutham, & Othon, Hieronym. *in locis hebr. huius mentionem fecit* Dauid Psal. 73. *Siccasti fluuios* Etham, *id est mare rubrum.*

Etham *quoq; ciuitas est tribus* Simeonis, *cuius meminit liber* Chroni, 1. Para. 5. *his uerbis*: Etham, Ain, Rimmon & Thoken & Asan *ciuitates quinq;*, & Iosua. 19. Hieremiæ. 49.

Ethan *Esrahites cantor* Dauidis, 3. Reg. 4. Iosephus *lib.* 8. *cap.* 2. *antiq. Iudai. hic fuit filius* Kusi *de tribu* Leui *ex posteris* Merari, 1. Chro. 7. 16. *Titulis* Psal. 39. *est* Eruditio Ethan Esraitæ.

Ethan *filius fuit* Serah, *filij* Iudæ *è* Thamar, 1. Para. 2. & 4.

Alius Leuiticæ stirpis filius Sima, 1. Chro. 8.

Eth Baal *rex* Sydoniorũ, *cuius filia fuit sceleratißima* Iezabel Achab *impij regis, impia uxor*, 3. Reg. 16.

Ether *urbs in tribu* Iuda, Iosuæ. 15. *ea est quoq; in tribu* Simeonis, Iosuæ, 19.

Ethnan *filius* Ashur *de tribu* Iuda *ex* Hellea *uxore*, 1. Paralipomenon. 4.

Eua *siue* Hauah *uxor* Adam, *quam* Deus *ex costa illius finxerat, prima nostra parens, cui à uita est nomen inditum.* Hai *enim uitam significat, unde deductũ* Heua *siue* Haua, *id est uita seu uitalis, quod mater omniũ uiuentium extiterit*, Gene. 3. Iosephus li. 11. ca. 2. antiq.

Iudæi. Hiero. in hebr. quæst. Hæc autẽ quia passa est sibi illudi à serpente, labores & ærumnas, heu dolor, cũ posteris omnibus incidit, 2. Corinth. 11. & 1. Corinth. 15. 1. Timoth. 2.

Eubulus Romæ quidã Christi discipulus, cuius Paulus meminit, 2. Timoth. 4,

Euæi Gigantes fuerunt, habitantes in Hazerim: expulsi à Cappadocibus, Deut. 2, habitarunt quoq; in monte Libano, Iudicum. 3.

Euen Bohan, id est, lapis Bohan in tribu Ruben, Iosua. 15. 18, Vide Bohem.

Euen Haeser, id est, lapis auxilij, 1. Reg. 7. Vide infra lapis adiutorij.

Euen Haesel, 1. Regum. 20. uide supra Aseb.

Eui dux Midianitarum à Mose trucidatus, Nume. 31

Euilmerodach filius Nebucad Nezar rex Babyloniæ, qui secundũ Metaschenem Persam XXX. annis apud Babylonios regnauit. De hoc lege, 4. Regum. 25. Hiere. 52. Iosephum. 10. cap. 13. antiq. Iudai.

Eunuchi custodes cubiculorũ, quibus Barbari suas uxores secundas committebant, quod exectis uirilibus & spadones essent, sic enim inquit Apollonius apud Philostratum lib. 1. Barbari ad mulieres custodiendas Eunuchis utuntur, postquam membrorum defectio Veneris usum illis abstulit: permittitur illis mulierũ custodia, & cum mulieribus dormire sinunt, amare etiam. Vnde crebro legis Eunuchos in scripturis diuinis cubilis custo

lis custodes,cubicularios, quos Germana uoce Kemmerling uocitamus.

Eunice *Iudæa mulier fuit mater Timothei discipuli Christi,& episcopi.2.Timoth.1.*

Euodia *pia quædam mulier apud Philippenses,cuius Apostolus meminit Philippen.4.*

Euphrates *magnus fluuius Syriæ Mesopotamiæ è paradiso promanans Mosi,Gene.2. Ptolemæo uero in Armenia maiore oritur in monte Periarde ad orientē, septentrionem flexus,terræ Chananeæ terminus, Deutero.1.Iosua.1.Iosephus lib.1.cap.2.antiq.Iudaica.Vide infra Phrat.&.4.Regum.23.Apocalyp.9.&.16.Plinius lib,5.cap.24.Strabonem lib.16.Volater.lib.11.geographiæ in fine,ultra hunc Assyriorum sita est terra.*

Eutychus *adolescens in Troade somno depressus, decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus:à Paulo uere rursus excitatus,Acto.20.*

Excelsa,*Bamah Hebræis appellata,sacella atq; altaria fuerunt in montibus à populo Israëlitico ad Dei cultum extructa,4.Reg.17.ut in eis sacrificarent,attamē contra manifestum uerbum Domini,Deute.12.quemadmodum & nostrates cœnobia & collegia,id est sic ipsi uocant,& ædiculas diuis cōsecratas in æditioribus atq; amænis plerunq; locis extruxerūt.Lege de his Ezechielem.20.4.Regum.17.*

Ezbon *filius Gad Aegyptum cum Israële profectus Genesis.24.*

Ezechias *rex Iuda filius Achas genuit Manassen, Matth.1.quære infra Hislia.*

Ezen *ciuitas est, quæ apud Iosuam ca.15.& .19. in tributam Iudæ quam Simeonis reperitur, 1. Chro.5,*

Ezeongaber *ciuitas est regni Edom, Deut, 2. iuxta Eloth in litore maris ru ri, 3. Reg, 9. 2. Chro. 8.*

Ezeongaher *aliàs Asionsiaber locus solitudinis, ubi erat* XXXII.*mansio filiorum Israël, Nume.33. in litore rubri maris. Vbi Iosaphati regis naues periere naufragio, 3. Reg. 22. 2. Chro. 20. Hæc Hieronymi temporibus Essia nuncupabatur.*

Ezer *filius fuit Seir Horræi, Gene.36. 1. Para. 1. princeps Idumæorum.*

Ezmona *siue Azmon ciuitas est ad austrum, quæ Aegyptum à sorte tribus Iudæ separat, Iosua capite.15 Numeri.34.*

F

FAtura *iuxta Hirronymum in locis hebraicis, ciuitas est trans Mesopotamiam, unde fuit Bileam hariolus, sed & iuxta Eleutheropolim quædam uilla nomine, Fetura nuucupatur euntibus Gazam.*

Faturæ *seu potius Patharos eodem Hieronymo autore, Aegypta est regio iuxta Ezechielem cap.30, et Hieremiæ. 44. in qua profugi habitauerũt Iudæi, quære infra Patharos.*

Felix

Felix procurator Iudææ, Samariæ quoq; & Galilææ, & regionis, quæ dicitur trans Iordanem, à Claudio Romano imperatore constitutus fuit, uelut Iosephus li.20. cap.9.10.11.12.&.13. antiq. Iudai. & li.2.cap.11.de bello Iudaico scribit. Huic Portius Festus successit. Ad hūc Paulus Apostolus Cæsaream uinctus est à Claudio Lysia tribuno plebis missus, Acto.23.

Festus Portius procurator Iudææ, successor Felicis, uelut Iosephus lib.20.cap.13.antiq.Iudai.li.2.ca.12 Iudaici belli. Eusebius lib.2.cap.22 eccle.histo. Aegesippus lib.2.cap.8.de excidio Hierosolymorum.

Fons inuocantis de maxilla, ubi Simsoni de maxilla asini erumpebat fons, Iudicū.15. quære En Kore Aser, Balebi & Ramath Leb.

Fons iudicij, qui est Kades, Gene.14. Vide supra En Misspat. hic per anticipationem sic dicebatur.

Fons uiuentis & uidentis inter Kades & Bared, Gene.16.25. Vide supra Beer Lachai roi &c, id est fons uiuentis & uideatis me.

Fogor, qui infra Peor & Beth Phogor mons Moabitarum, ad quem Balak rex adduxit Bileam bariolum in supercilio Libiadis, Nume.23.

Sed & alia uilla Fogor haud procul à Bethlehem cernitur, nunc Phaora nuncupatur. Hæc Hieronymus in locis hebraicis.

Fortunatus Corinthius uir pius, & discipulus Christi, 1.Corinth.16.

G

GAal filius Ebed Sichimitarū dux contra Abimelech factionem mouet, Iudic.9.

Gaas in tribu est Ephraim, 2. Regū.23. & 1.Chro.12. in cuius septentrionali plaga, Iosua princeps sepultus est, Iosua.24.

Gaathah locus est, quem Hebraeus commentator super Hieremiā, nō procul ab Hierosolyma distare scribit. Hunc Nicolaus Lyranus Golgatha esse putat.

Gabai è tribu BenIamin habitauit in Hierusalem, Nehemiae.11.

Gabis Hebraeum uocabulum, est lapidis preciosi, ut quibusdam placet, cuius fit mentio Hiob.28. forsan à loco ubi reperitur nomen habens. Est Iabes urbs in Gilead, de qua infra.

Gabbatha aeditior fuit locus Hierosolymis iudicio ac cōmodus, Graecae λιθόστρωτος appellatus, ubi Christus adiudicatus est morti, Ioan.19.

Gabaon siue Gibeon urbs Gibeonitarum, Iosuae.9. quaere infra Gibeon, iuxta Hierosolxmā, Iosephus lib.7 ca.2, antiq. Vbi Dauid tabernaculū foederis & arcam testamenti Domini collocauerat, Hiero. in quaest. hebr.

Gaba aliàs Gabeae in tribu BenIamin, Iosuae.18. quae Leuitis data est, Iosuae.21. Est etiam spelunca iuxta quā caesi BenIamitae, Iudic.20. Habes huius etiam mentionē Esrae.2. Nehe.7, & .11.

Gabalene Syriae regio, quae aliàs Idumaea & Amalecbitis

lechitis dicitur Hieronymo.

Gabriel Angelus Dei Danieli prophetæ loquitur, Danie.9. Cuius nominis interpretatio fortitudinē Dei significat. Idem Zachariæ annunciauit natiuitatē Iohannis baptistæ filij sui, Lucæ.1.

Et ad Mariam uirginē missus annunciauit ei Iesu Christi conceptionem, Lucæ.1. Matth.1.

Gad filius Iacob patriarchæ ex Silpa famula ab euentu seu procinctu nomen habet, uelut Mose lib.1.cap.30. & Iosephus lib.1.cap.27. antiq. Iudai. Hiero. in quæst. hebr. memoriæ prodiderunt, in Mesopotamia natus est Genesis.35.

Cuius filij fuerunt Ziphon, Haggi, Suni, Ezbon, Eri, Arodi, & Areli, Gene.46. Iosephus li.2.ca.7. Iuda. antiq. Ab hoc tribus Gad denominata est, cui Moses terram ultra Iordanem orientem uersus, quæ Basan dicta est ad possidendum dedit, Deute.3. & 29. Iosua.1. et.12 1. Chro.6. Nume.32. Ezech.48. Hiere.49. legis Ammonitarum regem occupasse terram Gad.

Limites atq; urbes tribus Gad fuerunt.

Dibon	Succoth
Atarath	Zaphon
Aroer	Ciuitates Gilead & dimidia
Atroth	pars terræ filiorum
Sophan	Ammon, Iosua.13.
Iaeser	Ramoth in Gilea

Iegabe

Iegabeha	Iosua.20.
Beth Nymra	Saron.1.
Betharan	Chro, 6.
Numeri.32.	Hesbon
Ramoth Mizpe	Iosua.21.
Betonim	Mahanaim

Gad propheta Dauidis uidens,2.Reg.24.1.Chro.29 Dauidem iubet relinquere terrã Moabitarũ & Iudã re petere,1.Reg.22.arguit eundẽ Dauidem numerati Israëlis,1.Chro.22.hic scripsit Dauidis gesta,1.Chroni.30.

Gad apud Iesaiã ca.95.idolũ fuisse ferũt bellicũ,sicut Mars apud Poëtas,cui impij libabant,à fortuna nomẽ habet.

Gaddi nomen loci,unde Gadites Bani robustus Dauidis,2.Reg.23.nuncupatus est.

Gaddi filius Susi de tribu Ioseph ex Manasse explorator unus terræ Chanaan à Mose permissus,Numeri.13,

Gadi genitor Menahem regis Israël,4.Regum,15.

Gadda urbs tribu Iudæ,Iosua.15.Hieronymo est uilla in extremis finibus Daromæ contra orientem imminẽs mari mortuo.

Gadara in decapoli ciuitas contra Galilæã sita,unde Gadarenorum regio nomen habet, Marci.5.Vide infra Gergessa Lucæ.8.cuius habitatores rogauerũt Christũ ut excederet fines eorum propter porcorum iacturam.

Gadiel filius Sodi è tribu Sebulon unus è XII.quos Mose ad explorãdum terram Chanaan è Cadesbarnea præmiserat,Nume.13.

Gaetham *filius Eliphas, filij Esau, Gene. 36. 1. Para. 1. princeps Idumæorum.*

Gaham *filius Nachor ex concubina Rehuma, Gene. 22, Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq.*

Gahar *ex Nethinim post Pabylonicam captiuitatem, Esræ. 2. Nehemiæ. 7.*

Gaius *comes Pauli è Macedonia in tumultu Ephesi contra Paulum excitato, comprehensus fuit, Acto. 19. Hic Derbæus fuit, Paulū comitatus Asiam usq;, Acto. 20. Hic Corinthi hospes erat Pauli & aliorum fratrum, Roma. 16. & ab ipso baptizatus est, 1. Corin. 1. Huic & Iohannes theologus epistolam dedicauit, quæ tertia est inter canonicas Iohannis.*

Galatia *aliâs Gallogræcia Asiæ minoris, prouincia Bithiniæ contermina, à Gallis uocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bithiniæ euocati, regnum cum eo, facta uictoria, diuiserunt: sicq; deinde Græcis admixti Gallogræci, deinde Galatæ appellati sunt, Vide Pliniū lib. 5. ca. 32. Ptole. in 5. ca. 4. Strabo. in 4. Ad hos Paulus epistolam illam, quæ extat scripsit, & regionē ipsorum peragrauit, Acto. 16. Huius meminit quoq;, 1. Corith. 16. & Petrus. 1. Petri. 1,*

Galal *Leuiticæ stirpis homo, 1. Chro. 10. filius Iedu-thun, Ibidem Nehe. 11.*

Galgala *siue Gilgal ciuitas ultra Iordanem, non procul ab Hiericunte, ubi secundo circumcisi sunt Israëlitæ & Iosua diu illic moratus est, paschate celebrato, Iosuæ 4. 5. 12*

4.5.12. Vocabulũ ablationem sonat, quod Dominus opprobrium Aegypti ab ipsis abstulisset, Iosua.5. Ioseph: lib.5. antiq. Iudai. cap.1. Galgala ait significare libertatem. Illic tabernaculum testimonij multo tempore fuit. Hæc cecidit in sortem Iuda, Iosua.15. In ea Saul rex renouatus est, 1. Reg.11. Huius mentio fit Hoseæ.4. Amos 4. Michea.6.

Galead per anticipationẽ dicitur Syriaca lingua Iegar Sahadutha, id est aceruus uel cumulus testimonij, Gene.31. Vide Hiero. in quæst. & infra Gilead.

Gallím urbs in tribu BenIamin, ubi Aßyriorũ exercitus pertransijt, cuius meminit Iesaias cap.10. 1. Regũ. 25. Vide Hiero. in ecloga.

Galilæa Syriæ regio ad septentrionẽ Iudææ sita, quæ ab solis occasu Ptolomaide ciuitate, & Cornelio monte disterminatur. Ab oriente eam Hippene siue Ioppe & Gadera suis finibus resecãt. A meridiano latere Scythopolis & Samaria suis utraq; excipiũtur regionibus, nec ultra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, sicut scribit Aegesippus lib.3. cap.6. de Hierosolymorũ excidio, & Iosephus cap.2. lib.3. belli Iudaici.

Tradunt uero historici duplicem esse Galilæam, superiorẽ scilicet & inferiorẽ. Superior iuxta Tyrum Sidonem & Cesaræam Philippi sita est, qua gentes attingit ad aquilonẽ. Ista Galilæa gentiũ, Iesaiæ, 9. & Math. 4. appellatur. Vel quia illic gentes usq; ad Salomonis

tempora habitarint, uel qđ Hiram regi Tyriorũ oblata sit, 3. Reg. 9. Hæc in tribu Naphthali sita est.

Inferior Galilæa circa Tiberiadem & stagnũ Genezareth in tribu Sebulon posita est. De qua Matth. 3. & 4. Christus frequenter uersatus est in Galilæa, Ioan. 4. unde etiam Galileus uocatus est Matth. 26. aut propter Nazareth & Capernaum, in quibus ille domiciliũ Lu. 2. & 4. Quapropter etiam Iulianus imperator Christianos solebat Galilæos nuncupari, quod Eusebius lib. 10. cap. 35. ecclesiast. histo. & aliàs sæpe memorat. Galilæi uero dicti sunt, quod uicini sunt gentibus, & Galilæa interpretatur cõfinium, sicut Iosua. 13. Galilæa Philystijm dicitur. Vide Iosephum lib. 3. cap. 2. de bello Iudaico, Aegesippum lib. 3. cap. 6. Hiero. &c.

Galiloth teste Hieronymo in locis hebr. locus iuxta Iordanem in tribu BenIamin, ubi altare Domina construxerunt filij Ruben, Iosua. 22.

Gallio proconsul Achaiæ, noluit Iudæorũ accusationem contra Paulũ, aliosq; Christianos audire, aut quicquam iudicare in religione, Acto. 18.

Gamaliel filius Pedazur princeps tribus Manasse, Nume. 1. 2. 7.

Gamaliel Pharisæus, legisdoctor, homo in precio habitus apud totum populum, qui consilium dedit in Iudæorum consensu, si apostolorũ doctrina ex Deo sit frustra illi reluctari, Actorum. 5. hic præceptor fuit Pauli apostoli, Actorum. 22.

Gamul

Gamul *sacerdos sub Dauide è filijs Aaron, Chro.25.*

Gareb Iethrites *inter Dauidis robustos computatur, 2. Reg. 23. 1. Chro. 12.*

Gareb *etiã collis nomẽ est iuxta Hierosolymã, Hie.31*

Garizim *siue Grizim mons Samariæ ultra Iordanẽ altißimus, Sichimorũ imminens ciuitati, in quo altari constructo, positæ benedictiones, Deut. 11. & 27. Iosua 8. Iudic. 9. Iosephus lib. 11. ca. antiq. & lib. 4. cap. 6.*

Gaser *urbs in tribu Ephraim separata Leuitis. Iosuæ 16. Iudic. 1. quam reparauit Salomon, 3. Reg. 9. in terra Philistinorum, Iosephus li. 8. cap. 6. antiq. 1. Chro. 15. Vide Hieronymum in locis hebr.*

Gasam *ex Nethinim redux in terrã Iuda ex Babylonica captiuitate, Esræ. 2. Nehe. 7.*

Gases *filius Haram, filij Chaleb ex Epha concubina, 1. Para. 2. Hieronymus in quæst. hebr. hunc Nabal Carmelum esse scribit.*

Gath *urbs Philistinorũ, quam obtinuit tribus Iuda, à Rehabeam ædificijs munita, 2. Chro. 11. In hac Dauid insaniam coram Achis simulauit, Vide Titulũ Psalmi. 56*

Gath Rimon *aliàs Iethremnon urbs in tribu Dan Iosuæ. 19. & . 21. Leuitis concessa.*

Alia est in dimidia tribu Manaßis, 1. Chro. 7.

Gath Hepher *uel Gita Hepher patria est Ionæ prophetæ, 4. Reg. 14. in tribu Sabulon, Iosuæ. 19.*

Gaulon *uide Golan.*

Gaza *urbs Palestinis siue Philistinorũ, ubi quoq; Ena*

tim habitarunt, Deut.2.ceßit tribui Iudæ, Iosuæ.10.& 15.Iudic.1.7.1.Reg.6.Zachariæ.9. Vide supra Aza & Hieronymum in locis hebr. Hiere.25.&.47. Amos.1.

Gazæi reguli Philistinorum, Iosuæ 13.

Geba ciuitas, quæ de tribu BenIamin posteris Aharonis est adsignata, Iosua.21.1.Chro.7.&.9. Zacha.14.

Geba urbs in tribu Iuda, Iosuæ.19.uidetur eadē esse quæ Gebaon quantum ad situm, non procul à Rhama & Michmas, ubi exercitus Sennaherib pernoctauit, meminit huius Iesaias cap.10.2.Reg.5.hanc Assa extruxit, 3.Regum.15.2.Chro.16.

Gebal ciuitas est Syriæ, cuius meminit Ezechiel cap. 27.Psal.83.quæ his temporibus teste Volater.lib.11. Gibel dicitur, aliàs Palæoblus.

Gebal Psal.83.persequitur Israëlem, descendit hic populus ab Ebal filio Heber filij Iaktan, Gene.10.1. Paralipomenon.1.

Gebim urbs est in sorte tribus Iudæ, cuius Iesaias ca. 10.meminit, quam Aßyriorum exercitus pertransiuit.

Gebit locus, cuius Esaias meminit.

Geber seu Gabiar Salomonis fuit præfectus super Ramoth in Gilead, Argob & prouinciā regis Og.3.Reg. 4.Iosephus li.8.cap.2.antiq. Eodem loci & Geber filius Vri scribitur præfectus super Gilead in terra Sihon regis Amorræorum, & Og regis Basan, 3.Reg. 4.

Ge Charasim, id est, artificum uallis, 1.Paralpo.4. Nehemiæ.11.

Geder

Geder habuit regem à Iosua percussum, fuit quoq; natio terræ sanctæ, Iosuæ.12.

Gedera locus in tribu Iuda, Iosuæ.15. hæc à Stephano Antiochia, item & Seleutia uocatur, 1.Chro.13.

Gederoth urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15, et.12.Chr.28.

Gedor urbs in tribu Iuda aliàs Hiedor, Iosuæ.15. cuius pater & dominus fuit Pnuel, 1.Para.4.

Fuit quoq; Gedor filius Ieiel patris Gibeonis BenIamitæ, 1.Chroni.9.10.

Gedolim sacerdos, cuius filius habitauit in Hierusalem, Nehemiæ.11.

Gedalia filius Ahikam, filij Saphan, mansuetus & iustus homo constitutus fuit à rege Babel princeps populi in terra Iuda relicti, abductis reliquis, sed ab Ismaële maligno homine occisus in Mizpa, 4.Reg.25. Iose. lib.10.cap.11.antiq.Iudai. Hiere.39.40.

Alius eiusdẽ nominis filius Ledithum cantoris Dauid, 1.Chronico.26.

Alius filius Pashur, Hieremiæ.38. aduersarius prophetæ Anathothidis.

Gedalia filius Amaria auus Zephoniæ prophetæ, Sophoniæ.1.

Alius filius Iehosua sacerdotis, repudians alienigenas Esræ.10.

Ge Hinnam uallis est haud procul à Hierusalẽ contro orientem, quã tribus BenIamin est sortitu, Iosua.15 & .18.2.Chroni.28.&.33. hic locus ab impijs possessus

 fuit.

fuit. Solebant enim Iudæi illic filios suos exustos igni deuouere et imolare Moloch dæmonio, 4. Reg. 23. 1. Chronicorũ 33. Aliàs Tophet appellatus. Hiere. 7. & 19. 32. Vnde & Gehennam in Euangelio Matthæi. 5. & 10. dictam, ferunt.

Ge Hazeboím *uallis est, cuius historia Samuelis meminit, 1. Regum. 13.*

Gehasi *seruus Helisei auarus, 4. Reg. 4. lepra inficitur, 4. Regum. 5.*

Gehamon Gog, *id est, uallis populis Gog, apud Ezechielem. 39. in Iudæa uersus mare mortuum.*

Ge Melach *regio Idumæorum, id est uallis salis, nobile Abisai atq; Ioab et Amasiæ regis Iuda uictoriæ monumentum, 2. Reg. 8. 1. Para. 19. & 4. Reg. 14. Vide Titulum Psalmi. 59.*

Gemalli *è tribu Dan genitor Amnielis exploratoris terræ sanctæ, Nume. 13.*

Gemaría *filius Hilkiæ legatus Zedekiæ ad captiuos in Babylonica missus, Hiere. 29.*

Alius Gemaria filius Saphan scriba Ieboiakim genitor Micheæ, Hiere. 36.

Genezareth *stagnum est Galileæ, iuxta quod Christus apostolos uocauit, Lucæ. 5. aliàs mare Galilææ & Cinnereth appellatum. Habes elegantißimam huius lacus, simul etiam regionis uicinæ descriptionem in Aegesippo libro tertio capite. 26. de excidio Hierosolymorũ*

Genubath *filius Thaphenes reginæ Aegypti ex*

Hadad

Hadad Idumæo,1.Regum undecimo.

Gera filius BenIamin in Aegyptum cum Israële descendit,Genesis.46.hic.1.Chronicorum capite.9.Abrah iuxta Hieronymum in quæstionibus hebraicis appellatur.

Legis,1.Chronicorum.9.& alium eiusdem nominis filium Belæ,filij BenIamin,à quo progenies Gera patris Semei processit.

Gerar uel Gerara metropolis terræ Palestinæ,in qua natus est Isaac,Gene.10.20.26.ab hac Geraritica regio nomenclaturam sumpsit,2.Chronico.34. quæ olim terminus Chananæorum fuit ad australem plagam,& ciuitas metropolis Palestinæ. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades & Sur,hoc est,inter duas solitudines:quarum una Aegypto iungitur,ad quam populus trans fretum rubri maris aduenit. Altera uero Cades usq; ad Saracenorum eremum extenditur.

Gerson filius Leui. qui unà cum Israële in Aegyptũ profectus est,Gene.46.1.Para.7.Exodi.6.unde Gersonitarum familia,Nume.26.

Gersom filius fuit Mosis è Zipora,1.Chroni.24 sic dictus,quasi peregrinus & aduena,qđ Mose esset peregrinus in terra Midian,Exo.2.&.18.

Alius è stirpe Pinchas nepotis Aaron redux ex Babylonica captiuitate,Esræ.8.

Geruth Chimham nomen loci iuxta Bethlehem in tribu Iuda,Hiere.41.

Gergessa urbs Arabiæ, contra Galilæam trans Iordanem iuncta monti Gilead, in quo Laban comprehendit Iacob, Gene. 31. quam tenuit tribus Manasse, non longe à stagno Tiberiadis, in quo porci præcipitati sunt, Matthæi. 8. Lucæ. 8. Fuit in Decapoli Marci. 5. Hiero. in lo. hebr. hanc Gerasan atq; Gadaram existimauit.

Gessuri alienigenarũ, hoc est, Philistinorum regio in Syria, 2. Reg. 15. Iosuæ. 12. 13. Huius ciues nõ sunt deleti à filijs Israël, Iosuæ. 13. istos percußit Dauid & egit prædam ab eis, 1. Regum. 27. Deutero. 3.

Geser, cuius rex Horam fuit, Iosuæ. 10. regnũ seu portio terræ Chanaan fuit, Iosuæ. 12.

Geser uel Gaser urbs in tribu Ephraim, quæ Leuitis data est, Iosuæ. 21. 1. Chro. 7. & . 8. illuc Dauid Philistæos persecutus est, 2. Reg. 5. Iosephus uocat Gezerẽnam lib. 7. cap. 4. antiq.

Gesur ciuitas in terra Gilead, quam poßedit Iair filius Segub, 1. Para. 2.

Gesan filius Iahdai, 1, Para. 2.

Geth aliàs Gath principalis urbs è quinq; Philistinorum, 1. Regum. 6. quæ aliàs & Anthedon, Plinius li. 5. cap. 13. item & Agrippia, autore Volaterràno lib. 11. dicitur. Meminit Amos. 6. Michee. 1.

Gethæi reguli Philistinorum, Iosuæ. 25.

Gethæi sunt cũ Dauide, cnm à filio Absolone persequeretur, 2. Reg. 15. quidã putant esse eos sexcentos, qui cum Dauide in Geth Palestinorũ fuerant, 1. Regum. 27.

Gether

Gether *filius Aram, filij Sem, Gene.10.1.Para.1.Iosephus lib.1.cap.14.antiq.Iudai.dicit hunc Bactrianos instituisse. Hiero.in hebr.quæst Acarnanios seu Carios ab ipso descendisse refert.*

Gethaim *in Idumæa urbs colonia Berothitarum, 2.Reg.4.hæc Auit aliàs dicitur. Hiero.in locis hebr.*

GethSeMani *ad radices montis Olineti uicus, Matthæi.26.*

Giah *locus in sorte tribus BenIamin iuxta Gibeon, ubi Asahel filius Zeruia transfossus ab Abnero cecidit 2.Regum.2.*

Gibea, *uel Gabaa urbs in tribu Iuda, IosuS.15. quo reducta fuit Arca à Philistæis capta, 1.Reg.7.1.Para.2. Huius meminit Hoseas cap.9.*

Gibeath *aliàs Gabaad urbs sortis BenIamin in monte Ephraim, Iosuæ.18.1.Regum.13.Hoseæ.5.ubi sepultus fuit Eleasar filius Aaron, Iosuæ.24.Iudi.19.illic arcem extruxit Saul, 1.Reg.10.14.Iesaiæ.10. ideo dicitur Gibeath Saul, 1.Reg.10.15. quod illic habitaret. Habes de eadem, 2.Reg.21.&.23.*

Gibeon *aliàs Gabaan metropolis Hiuæorum & Gibeonitarũ una ciuitatũ regalium, bellatores habens fortißimos, Iosua.8.9.10,11. Amorræorum reliquiæ, quæ sorte ceßit tribui BenIamin, Iosua.18, 1.Chro.9. quinquaginta stadijs distans ab Hierosolyma iuxta Aegesippum li.2.cap.14.de excidio Hierosolymorũ. Illic uxor Leuitæ actibus Venereis est occisa, Iudi.19. Leuitis est concessa*

conceſſæ, Ioſua.21. Cuius ciues ſeptem uiros de genere Saulis impetrata à Dauide licentia ſuſpenderunt, 2. Samue.21. Fuit eo loci excelſum, in quo tabernaculū fœderis aliquādiu manſerat, & Dominus Salomoni apparuit, 3. Reg.3. et. 2. Chr.1. Habes eius mentionē. 1. Chr.15 & 2. Chr.1. Ieſaiæ.28. Hoſeæ.5. Quære ſupra Gabaon.

Gibeonitæ ſupplices ad Ioſua & populū Iudæorū uenientes, imponunt Iſraëlitis, & ad miniſteriū cuncti populi detruduntur, Ioſua.9.

Gibebton aliàs Iebton urbs Paleſtinæ, 2. Reg,16, in tribu Dan, Ioſuæ.19. & .21 Leuitis cōceſſa, 3. Reg,15.16

Gibbar redux cum ſuis in terram Iuda uenit è Babylonica captiuitate, Eſræ.2. Nehe.7, Gibeon legitur.

Giblæi ſiue Giblitæ in terra Chanaan fuerunt gētes ad orientem poſitæ. De quibus Ioſua.13.

Giderothim locus in tribu Iuda, Ioſua.15.

Gideon Iſraëlitarū iudex per 40. annos, à cōterendo dictus, filius Ioas patris familiæ Eſritarum, ſiue ut Ioſephus habet lib.5. cap.10. Iudai, antiq. Iaſi de tribu Manaſſe, liberauit Iſraëlitarū populum de graui ſeruitute Midianitarum, deinde dictus IeruBaal, eo quod aram Baal deſtruxiſſat, Iudi.6. plures habuit uxores, Iudi.8 Cuius fides commendatur, Hebr.11.

Alius Gedeon pater Abidan principis tribus BenIamin. Numeri.12.7.

Gidgad, XXIX. manſio Iſræël, Numeri.33. Vide Hor gigad.

Giddel

Giddel *ex Nethinim post captiuitatem Babylonicã, Esræ.2.*

Alius è seruis Salomonis, ibidem Nehe.7.

Gigalthi *filius Heman uidentis Dauid, 1. Chro.16.*

Gihon *fluuius Aegypti uniuersam Aethiopiam circumiens ab eductione ac irrigatione dictus, è Paradiso fluens, Hic est Nilus, Gene.2. Iosephus lib.1.cap.2. Iudai, antiq. Hiero. in locis hebr.*

Est autem Gihon fons in occidentali Dauidicæ ciuitatis parte, 2.Para.32. & 33. 3.Reg.1. Vide Iosephũ li. 7.cap.15.antiq. Iudaicarum.

Gilead *aliàs Galaad ad orientem regio est Galææ ultra Iordanẽ, Gene.32. ubi & dimidia tribus Manasses accepit possessionẽ cum duabus tribubus Ruben & Gad. Nu.32, Deu.3. Iosua.13. ubi Iephthah iudex Israëlitarũ iacet, Iud.12. Est autẽ ad tergũ Phœnices et Arabiæ, collibus Libani copulatus, extẽditur per desertũ ad regionẽ Amorræorũ ubi Sihon regnauit, Psal. 69.108.*

Gilead *filius Machir, filij Manasse, Iosuæ.17. 1. Chr. 8, unde familia Gileaditarum, Nume.26. & 27.*

Gilead *mons est in sorte tribus Gad ultra Iordanem in terra Basan, 1.Chro 9. ut Eusebius memorat ad dorsum Phœnices & Arabiæ situs, collibus Libani iũctus. Hic municipiũ eiusdẽ nominis habet, qđ olim pugnando cepit Gileadus Machiri filius, & tam monti quàm ciuitati suũ reliquit nomẽ, Num.32, 36. In hoc mõte Ramoth ciuitas est, 4.Reg.9. In hoc preterea mõte Gideõ*

exerci

exercitum coegit contrà Midianitas,Iudic.7. Meminit Amos.1.Micheæ.7.Zach.10.Canti.4.

Gilead *filius Michaelis è tribu Gad,1.Chro.6.*

Gilboa *siue Gelboe mons est Palestinæ,in quo Saul exercitum suum produxit contra Achis regem Philisti norum,1.Reg.28.& illic cæsus est ipse ac exercitus eius 1.Regum.30.&.2.Regum.1.&.21.1.Chro.11.*

Gylalai *Leuita quidam post Babylonicam captiuita tem,Nehemiæ.12.*

Gilo *urbs tribus Iudæ,Iosuæ.15.Inde Gentile nomen Giloni,id est,Gilonenses,sicut Athiophel erat,2.Regum.15.23.*

Gineso *ciuitas est,quam in deditionem receperũt Palestini tempore Achas regis Israëlitarum,2.Chroni.28*

Gimath *genitor Thibni electi regis Israël,3.Reg.16*

Ginthun *sacerdos in Hierusalem post Babylonicam captiuitatem, Nehe.10.12.*

Girgosi *siue Gergosæus fuit filius Chanaan, à quo gens Gergosæorum descendit,Gene.10.&.15.1,Para.1. Deute.7.Iosua.3.*

Girzitæ *siue Gezreus gens fuit Palestinæ siue Aegyptiorum,quos Dauid percußit,1.Reg.27*

Gisoni *gentilium nomen est,fortis alicuius Dauidis 1. Chronico.12.*

Gison *uero in tribu Iudæ est secundũ Hieronymum*

Gispa *ex Nethimim habitauit in hierusalem,Nehe.11.*

Githa *urbs tribus Sebulon,Iosuæ.19.aliàs Gath Hepher*

pher patria Ionæ prophetæ,4.Regum.14.

Githaim ciuitas in quâ habitarunt filij BenIamin post Babylonicam captiuitatem,Nehe.11.

Gindus insula contra Asiam nobilißima adiacens prouinciæ Cathiæ,cuius Acto.27. Lucas meminit. Est & eiusdem nominis oppidum in insula Calymna, uide Volater.lib.9.geogra.

Goath locus prope Hirrosolymam,Hiere.31.

Gob siue Goph locus est ubi prælium cum Palestinis à Dauidis militibus est commissum,2. Reg.21.

Gog siue Gogus,quem legimus apud Berosam Chaldæum lib.5.aliquando Sabæam Arabiamq; fœlicem,cũ Sabo suo patre tenuisse, Ezech.38, Mesech & Tubal, iu est,Cappadociam & Hispaniam tenuisse scribitur. Habes eius mentionem Apoca.20.

Gog filius Semaia è tribu Ruben,1.Chro.6.

Golan siue Gaulon ciuitas refugij in Basan,quæ est in tribu Manasse trans Iordanem, Deute. 4.Iosue.20.21: non solum Leuitis,sed & pro Asylo profugis homicidis aßignata,1.Chro.7.Hiero.in locis hebr.affirmat,nunc Gaulon uocari uillam prægrandem in Bethania,à qua & regio nomen sortita est.

Goliath Philistæus ex urbe Gath altitudinis sex cubitorum,uir spurius,maledixit Israëli & à Dauide occiditur,1.Regum.17.

Fuit alius quoq; Goliath Gethæus frater superioris,quẽ percußit Elhanan Bethlehemita,2.Reg.21.1. Chro.21.

Golgatha locus Caluariæ extra Hierosolymā ubi Christus fuit crucifixus, Matth.27. Marci.15. Lucæ.23. Iohannis.19.

Gomer filius Iaphet, filij Noah, Gene.10.1. Parali.1. ab hoc appellati sunt Gomeri, qui postea à Græcis Galatæ dictæ sunt, Iosephus lib.1.cap.11. Iud. antiq. Et Hierony. in quæst. heb. De illis Ezech.38. Cuius erant Thogarma, Rephat, Ascenas, 1. Chro.1.

Gomer filia Diblami genuit Hoseæ prophetæ Iesreelem Loruhama & LoAmi, Hoseæ.1.

Gomoorrha siue Aemorah ciuitas est Pentapoleos ad orientalem plagam terræ Iuda sita, ob Sodomiticum peccatum diuina ultione subuersa. Gene.19. Amos.4. Sopho.2. Iesa.13. 2. Petri.2.

Goschen seu Gosen ciuitas in tribu Iudæ, Iosua.10. 15, à qua etiam circumiacens plaga Eretz Gosen, id est terra Gosen nuncupatur.

Est & regio Aegypti, ubi Iacob patriarcha cū suis habitauit liberis, quam nonnulli Iudæorum (ut Hiero. in hebr. quæst. autor est) Thebaidem uocant, Gene.45. 46. Iosephus lib.2.cap.7.antiq. uocet urbem Heliopolitanam. A Strabone li.17. Bubastus, Stephano, Heroum ciuitas, Vide Volater.12.

Gosem Arabs præfectus Samariæ fuit, qui Hierusalem urbis reparationem impedire conatus est, Nehemiæ.2.et.6.

Gosan fluuius est Mediæ, 4. Regum.18.17. & .19.

Iesaiæ

Iesaiæ cap.17.1.Chronicorum sexto.

Græcia *prouincia quædã Achaia, quæ à Græcis scriptoribus Hellas uocata est, in qua Athenæ ciuitas est celebratißima, quondam Attica dicta, ipsa à Græco rege nomen accepisse fertur. De hac uide Plinium lib.4.ca. 7.naturalis historiæ. Strabonem in.7. & .8.Geogra. Paulus hanc peragrauit, & Euangelion in ea prædicauit, Actorum.20.*

Grisim *siue Garizim mons in terra Chanaan, uide supra Garizim, Deute,11.&.27.*

Gudgod *siue Gadgad in deserto locus, ubi filij Israel habuerunt* XXIX. *mansionem, Numeri.33. Deuteronomij.10.*

Guel *filius Machi, è stirpe Gad explorator unus, à Mose in terram Chanaan præmissus: Nume,13.*

Guni *filius Naphthali cum Israële profectus est in Aegyptum, Gene.46.1.Chro.8.à quo orta est Gunitarum familia, Numi.26.*

Guni *uir de tribu Gad habitauit in Gilead in Basan 1.Chroni. 6.*

Gur *ciuitas est tribus Manaßis iuxta quam percussus est Abasia rex Iuda, 4.Reg.9.*

Gnr Baal *ciuitas est, ab Arabibus habitata quam Vsia rex oppugnauit, 2.Chronico.26. Sunt qui hanc pro Gerara interpretentur in qua peregrinatus sit Abraham. Lege Hieronymum in troditionibus hebracis.*

H

HAbaia *sacerdos redux è* Babel *sacerdotio absoluitur*, Esræ.2. Nehe.7,

Habel *filius* Adæ *secundus, pastor ouiũ quod nomen significat, nihil hoc, autore* Iosepho *lib.1.ca.4.antiq.* Iudai.*ab fratre suo* Cain *innocenter & impie trucidatus*, Gene.4. Matth.23. Luc.11,

Haberim *ciuitatis nomẽ est, cuius fit mẽtio*, 2.Re.2.

Hehor Assyriorum *urbs, quo trãstulit* Salmanesser Israëlitas, 4.Reg.17.& Chro.6.

Habazinla *genitor* Hieremiæ *è familia ut apparet* Cechabitarum, Hiere.35.

Hachila *collis est in sorte tribus* Iudæ, *ad desertum* Sib, *in quo latuit* Dauid, 1.Reg.23.& 26.*arcem habẽs natura munitißimam olim ab* Herode *extructam* Mesida *nomine, id est, munitionem.*

Hachmoni *genitor* Iasabeam *fortis* Dauidis, 2, Re. 23, 1, Para.22. Hic aliàs Sabdiel *dictus est*, 1. Chroni.25,

Hachalia *genitor fuit* Hathirsatha, *qui aliàs* Nehemia, Nehemiæ.1.

Hadad Eser Syrus *filius* Rehob *rex* Zoba *in* Hemath *contra* Dauidem *pugnans iuxta* Euphratem *ceditur*, 2.Reg.8.& .10.1.Para.19. Vide Iosephum li.6 *cap.5.antiq.*3.Regum.11.

Hadad *rex* Idumæorum, 3. Reg.11.

Fuit *alius rex eiusdem nominis & regni filius* Bedad *hic pcußit* Nidanitas *in regione* Moab, Gen.3o.1, Pa.1.

Hadar

Hadar *uel Hadad filius fuit Ismaëlis, Gene, 25.1. Pa. 1*

Hadad *alius à priore è Pagu rex Idumæorum, cuius uxor fuit Mehetabeel filia Matred, Gene. 36.1. Para. 1.*

Hadad *Idumæus de semine regio contra Salomonem Hebræorum regem surgit, 3. Regum. 11. Iosephus lib. 8. cap. 7. antiquitatum Iudaicarum in Aegypto Thaphenem uxorem duxit.*

Hadad Rimon *ciuitas est nõ procul à Mageddo, à quibusdam nunc Maximianopolis uocitatur, De qua Sachariæ, 12.*

Hadasa *locus tribus Iudæ, Iosuæ. 15.*

Hadatha *eiusdem tribus ciuitas, Iosue. 15.*

Hadoram *uel Ioram filius Thou regis Hemath ad Dauidem pro contrahenda amicitia mittitur, 2. Regũ 8. 1. Paralipo. 19.*

Hadoram *seu Aduram filius Iactan, Genesis. 10. 1. Paralipo. 1.*

Alius quæstor Rehabeam regis, 2. Chronicorũ. 10. Vide Adoram.

Hadebarim *locus est tribus Iudæ, cuius fit mentio 2. Paralipo. 4.*

Haderach *locus est, cuius Zacharias meminit cap. 9 Martinus Luther Syriam fuisse putat. Hierony. in locis hebr. terram Damasci credidit.*

Hadsi *ciuitas nomen est, cuius fit mentio, 2. Reg. 24.*

Hadlai *uir è stirpe Ephraim, genitor Amasæ principis, 2. Chronico. 28.*

Hadrumetus uel Adrumes, ciuitas in Basatio regione Aphricæ. Stephanus Adrumetũ ini Mysia collocat Est & Adramatus insula Lyciæ. Vide supra Adrumetum & Erasmũ in Annotationibus noui testamenti.

Hadria nomen maris cõtra Rauennã, quod per ostia Padi fluuij intratur, sumpto uocabulo ab Hadria proxima ciuitate, quæ eidem mari nomen Adriatici dedit, Straboni in.5.hoc pelagus Paulus eenensus est, Acto.27

Hadid urbs in qua habitarunt filij BenIamim post captiuitatem Babylonicã. Nehe.11.

Hadassa quæ aliàs Ester, filia Abihail BenIamitæ puella speciosa fuit, quam Mardachai filij loco post patriseius obitum adoptauerat, quam Ahasuerus repudiata Tasthi regina uxorem accepit, Ester,2.

Hagar nomen ancillæ Aegyptiacæ est, quæ hero suo Abrahã Ismaëlem peperit, Gene.16. Ab hac Hagerim, siue Hagerim, id est Agareni originem trahũt,1.Chroni. 6.&.28.Psal.83.Gal.4.

Hagai prophetæ nomen est, qui prophetauit sub Dauio Longamano rege Persarum, & in diebus Serubabel, Aggæi.1. XLV. anno post redemptionem à Babylonica captiuitate. Esræ quinto. Iosephus libro undecimo cap. antiquita. Iudaicarum.

Hagla aliàs Egla è tribu Manasse filia Zelaphehad, Iosaæ.17. Nume.26,27.36.

Hagith uxor Dauid, quæ peperit ipsi Adoniam,2. Reg.3.1.Para.3.3.Reg 1.

Hagi

Ioſeph filius Mathan ex tribu Dauid, homo iuſtus et timens deũ, maritus Mariæ uirginis, quæ genuit Ieſum Chriſtum ſeruatorem mundi, Matth.1. in Luca cap.3. filius, Heli appellatur non natura, ſed lege uxoria, qua gener ſocerí ſui fili dici9 poteſt. Sicut apud nos Germanos familiare eſt generos noſtros dicere filios q; filiæ noſtræ iunctus ſit. Theophilactus ſuper XIII caput Matthæi dicit hunc Ioſeph bigamum fuiſſe, primum enim uxorẽ fratris ſui defuncti Cleopæ accepiſſe, é qua genuerit Iacob Ioſen, Simeonẽ et Iudã filios et Mariã quæ Cleopæ dicitur et Salomen, quos Iudæi fratres & ſorores Chriſti pronunciabant, Matth.13. Mar.6. qua defuncta Mariam duxerit uxorem.

Alius Ioſeph Matathiæ filius, Lucæ.3. Iunior & Arſes à Philone cognominatus.

Ioſeph ab Arimathia ciuitate Iudææ homo diues & nobilis, decurio et clamdeſtinus Chriſti diſcipulus, nam & ipſe expectabat regnum dei, neq; conſenſerat conſilio et facto Iudeorum. Hic eſt qui poſtulauerat à Pilato corpus Ieſu & inuoluit ſyndone ac ſepeliuit illud in monumento nouo, quod exciderat in petrà Matth.27. Marci.15. Luc.23. Ioan.3. & 19.

Alius Ioſeph cognominatus Barſabas et iuſtus diſcipu-

lus domini super quem Apostoli sortem iecerunt post Iudæ Ischariotis pessimam mortem, quã[~]q super Matthiã sors ceciderit, ut in Apostolum assumeretur, Acto.1,

Iosa filius Amazia clarus uir de stirpe Simeonis, 1. Chronicorum. 6.

Iosech filius Iuda à Luca cap.3. numeratur inter auos, Christi Philon Iudæus, hunc Ioseph primum cognominatum & Israëlitiæ populi principem fuisse scribit.

Ioses cognominatus Barnabas ab Apostolis, hoc est filius consolationis Leuites Cyprius genere pius homo cum haberet agrum uendidit illum, & ante pedes Apostolorum posuit precium, Acto. 4. Hic postea socius Pauli in ministerio uerbi à quo tamen aliquando disiunctus est, patriam Cyprum repetens, Acto. 13. & 15.

Ioses frater Iacobi Simonis & Iudæ discipulorum Iesu cuius fratrẽ et Iesum pronunciabant Iudæi, Matth. 13. et Mar. 6. Mater eius fuit Maria ut legis Matth. 27 Theophylactus hunc filium Ioseph fuisse affirmat.

Iosiphia è filijs Selomith redux in Iudæam è captiuitate Babylonica uenit, Esræ. 8.

Iotham filius Gideonis, solus remansit è septuaginta fratribus quos Abimelech interfecit super lapidẽ, Iud. 9

Iotham qui alias Iorem Lucæ. 3. patre Vsia, matre Ierusah rex Iudæ satis bonus, Ammonitas bello superãs sibi tributarios fecit, Hierosolyimæ uitæ XXXI. regni uero XVI, anno diem obijt, 2. Para. 26. 27. 4. Reg. 15. Isaiæ. 6. & 7. Matth. 1. Ioatham genuit Achan.

Iozadak *filius Seraiæ stirpe Leui, abductus fuit in Babylonem per NebucadNezar.1.Chro.7.Hier.in hebra.quæst.Iozadak sacerdos ipse est Esra, quia in eius libro legitur Esra filius Seraia, filij Asaria, Esræ.8.Huius filius est Iosua siue Iesus sacerdos magnus.* De quo Zach.3.Haggei.1.Esræ.3.& Nehe.12.

Irr *è tribu BenIamitica uir.1.Chro.8.*

Ira *Iairites Dauidis fuit sacerdos,2.Reg.20.*

Ira *Iethrites inter Dauidis fortes numeratur,2.Reg.23*

Ira *filius Ikes de Tekoa robustus Dauidis* (1.Chro.12 2.Reg.23.1.Chro.12.28.

Iram *ciuitas est principū Idumeorū,Ge.36.1.Para.1.*

Irad *filius fuit Hanoch filij Kain,hic à LXX Gaidad, à Iosepho lib.1 cap,4.antiq.Iared dicitur.*

Ira Hamelach *ciuitas est in tribu Iude, id est ciuitas Salis,Iosue.15,Salzstad,uelut apud nos Hall,id est salina.*

Iru *filius Chaleb filij Iephune è tribu Iuda,1.Para.4.*

Iri *filius Belæ filij BenIamin,1.Chro.8.*

Irsames *alias Hairsemes.1.id est ciuitas solis urbs tribus Dan,Iosuæ.19.*

Irheres *Aegipti ciuitas,id est ciuitas solis,quam Helio polim esse putant,de putant Iesaiæ.19.*

Irhathemarim *id est ciuitas palmarum,de hac lege Iudicum .histo.cap.1.Deut.34.Ipsa est Hiericho*

IrAmalm *id est ciuitas aquarum,est Rabba, regia urbs Ammonitarum.2.Reg.12.*

Isaac filius Abrahami patriarchae ex Sara uxore Gen, 17.21. latine risus seu iocus interpretatur, 1. Para. 1. Hic filios habuit Esau & Iacob, Gene. 25. Matth. 1. Acto. 7 Heb. 11. Habes de Hoc multa in primo Mosis.

Isaschar filius Iacob patriarchae ex Leca, uocabulũ eius mercedem sonat, Gen. 30. Ioseph lib. 1. cap 27. antiq Iuda, nam sic protulerat mater eius puero nato, dedit deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meã uiro meo Huius filij fuerunt Thola, Phuua, Iob, Semron, Gene. 48. 1. Chro. 8 Ioseph. lib. 2. cap. 7. uetustatum hebraicarum. Hic tribui Isaschar appellationem indidit quae Carmelum montem & fluuium in longitudine habuit, Taburium uero in latitudine, autor Iosephus lib. 5. cap. 5. antiq. Iuda. Vide plura Iosua 19. Ezech. 48.

Porro limites atq; urbes Isascharis tribus, fuerunt.

Iesraela	En Gamen
Chessuloth	Beth Pazez
Sunem	Thabor mons
Hapharaim	Sahazima
Sion	Beth Semes
Anaharath	Iosua 19.
Raabith	Dabrath
Kiseon	Iarmuth
Abez	Iosua 21.
Remeth	En Hada

Alius eiusdem nominis ianitor templi Hierosolymitani filius Obed Edom Leuita, 1. Cro, 27.

Isai

Isai *alias* Iesse *Ephrataeus, filius Obed pater Dauidis* Ruth, 4.1, Par. 2. *Iesaiae* 11. *Matth.* 1. *habitauit in* Bethlehem *Iudae*, 1. Reg. 16. *alias ut* Hieronymo *placet in quaest* heb. *Naas dictus*. Isai *filij fuerunt* Eliab, Abinadab, Simea, Nethaneel, Raduai, Ozem, Dauid *filia* Zeruia, Abigail, 1. Cro. 2.

Isachel *uxor scelearatißimi regis* Ahab, *crudelis & impia, filia* Eth Baal *regis* Tyri & Sidonis, 3. Reg. 16. Iosephus *lib.* 8. *cap.* 13. *antiq. pauit sacerdotes* Baal, 3. Re. 18. *pijs interfectis infoelicē, de muro praecipitata, ac cepit mortē*, 4. Reg. 9. *pphetas occidit* Eliā *psequuta*. Naboth *fecit perimere*, 3. Reg. 21. *Verbum domini ludibrio habuit.*

Isboseth *filius* Saul *Hebraeorum regis, ab* Abnero *principe militiae* Saulis *in regem* Israël *constituitur & duobus annis regnauit*, 2. Regum. 2. Iosephus *libro* 7. *capite* 1. *antipuitatum. Deinde à duobus suis principibus interemptus, & caput ad* Dauidemm Hebron *delatum in sepulchro* Abner *sepultum fuit*, 2, Regum 4, Hic 1. Chronicorum 9. *Esbaal uocatur.*

Ishail *de* Kabzeel, *auus fuit* Benaia, *qui inter fortes* Dauidis *recensetur*, 2. Reg. 23. & 1. Para. 12.

Ishud *filius* Molechebth *sororis* Gileadi, 1. Cronicorū 8

Ischariothes *cognomentum est* Iudae *furis & proditoris* Iesu Christi *seruatoris nostri*, Ioannis 6. & 12. *Sūt qui à loco natali sic appellatum putent. Alij ab* Hebraeo Isaschar *quod mercedē significat, nominatū affir*

mant, quasi fatale nomen significaret cum tanto facinori natum. Sunt rursus qui à tribu unde oriundus fuit nomen sortitum dicant.

Ismael filius Abrahæ ex Hagar ancilla. ab audiendo nomen habet, eo quod dominus audierit afflictionem Hagar, Genesis. 16. 1. Chornicorū. 1. Ipse sæuus homo fuit, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum. Habitauit in solitudine Paran. Genesis. 21. Aegyptiam uxorem duxit, ex qua liberos suscepit. Nebaioth, Redar, Adbeel, Mibsam, Misma, Duma, Masa, Hadad Thema, Ietur. Naphis, Kedma qui & Nodab, 1. Chro. 1. Genesis. 15. Ab illo Ismaelitæ dicti sunt qui Mosi libro 1. capite. 37. Midelamin. Eusebio uero & Hieronymo, Agareni appellantur.

Ismaelitæ sunt Arabum gentes alias Midianitæ uocati, Eusebio Agareni à matre Agar, Genesis. 16. Ipsi nunc malunt dici Saraceni à Sara libera, quorum regionem nunc Turca possidet. Hij consueuerant inaures aureas habere, Iudicum. 8. Hieremiæ. 25. dicuntur attonsi, quorum mentio est etiam Psalm. 85.

Ismael filius Nethania filij Elisama de stirpe regia, malignus & callidus uir, Gedaliam principem Iudæorum occidit in Mizpa, 4. Regum. 25. Hiere. 40. & . 41. Iosephus lib. 10. cap. 11. antiq.

Alius eiusdem nominis è tribu Simeonis. 1. Chro. 5.

Alius centurio sub Ioiada sacerdote, filius Iohannan. 2 Chronicorum. 23.

Ismael

Iſmael *filius Paſhur ſacerdotis repudiat alienigenam Eſræ.decimo.*

Iſrael *Iacob, Patriarcha,poſt initam cum deo ſiue angelo pugnam,dictus eſt,Gene.32.35.Ieſiæ. 44, Inde Iſraelitæ nomen ſunt adſecuti.1. Para.1.Vide Ioſephũ li.1.antiquitatũ Iuda.Hiero in quæſtio.heb.Obſeruandum autem poſt mortem Salomonis ſub Rehabeãregnũ Iudeorum ſciſſum.3.Regum.12.nam tribus Iuda et BenIamin adhærebat Rehabeam et ſucceſſoribus eius,ſemini Dauid.hoc regnum paßim appellatur in ſcripturis domus Dauid,regnum Iuda,Hieruſalem,BenIamin.At reliquæ decẽ tribus Ierobeam Euphratæum regem ſibi conſtituerant.Ideoq; hoc regnũ appellatur nunc regnũ Iſraelis,nunc domus Iacob & Ioſeph,Amos.6.Iſaiæ.7 Ephraim regnum Samariæ,Ieſa.7.Iſrael,Bethel,Betha uen,Huius regni populus propter peccata ſua tandẽ ab ductus eſt in Aßyrios,et nunquam reuerſus,ſicut Iuda, quem poſt LXX.annos è Babylonica ſeruitute liberauerat dominus Lege de Iſraelis captiuitate.4. Reg.17.*

Iſraeela *Leuita & cantor Dauidis.1.Chro.26.*

Iſtob *rex Syrorum duodecim milia uirorum eduxit contra Dauid in auxilium Ammonitarum.2. Reg. 10*

Iſvui *alias Ieſui filius fuit Saulus.1,Reg.14. Ioſephus. libri.6.cap.7.Iuda.antiquitatum.*

Itha Kazin *urbs in ſorte Sebulon.Ioſuæ.19.*

Ithamar *filius Aaronis ex Eliſeba tribus Leui. Exo.6 28,Nume,3.et.26.1.Chro.7.et.25.ſub cuius manu fue*

runt tabernaculi instrumenta, Exod. 38. Et ipse fuit princeps Garsonitarum, Nume. 4.

Ithai Gethæus proselytus, non deserit Dauidem cum ab Absolone persequeretur, 2. Reg. 15.

Ithai filius Ribai de Gibea filiorum BenIamin, fuit robustus Dauidis, 2, Reg 23. 1, Chro. 12.

Ithiel filius Iesaia è tribu BenIamin. Nehe. 11.

Italia Regio & patria Romanorum, ab Italo rege uocabulum traxit, quæ ab aphrico & à Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obiicibus obstrusa est, hæc quinq; appellata est nominibus, Saturnia a Saturno primo habitatore Trogo. Italia á rege, Plinio, Ausonia, Liuio, Oenotria Hesperia. Vide Volater. li. 4. geographiæ

Iturea & Trachoniditis regio iuxta desertum Arabiæ cuius tetrarcha fuit Philippus è Lucæ 3. de hac Hieron. in locis hebraicis. Appellata est a Ietur filio Ismaëlis, de quo supra.

Iubal filius Lemech ex ada frater Iabelis, Musicam coluit, & Psalterium citharamq; laudauit, Gene, 4. Iosephus lib. 1. cap. 4. Iudaica. antiquitatum.

Iuchal filius Selemia minister zidekiæ regis Iuda, aduersarius Hieremiæ prophetæ, Hiere, 36. & 38.

Iudas Iacob, qui & Israel, patriarchæ quartus filius, ex ancilla Lea in Mesopotamia natus, a collaudatiõe et gratiarũ actione, quæ Hebræis nõnunq̃ confessio appellatur, nomenclaturã accepit, mater enim eius edito filio gratias agens deo, dixit, Modo confitebor domino, Ge.

29. Hic

29.Hic Chanaam puellam filiam Sua duxit uxorem, è qua suscepit filios Er, Onan, Sela, post cuiꝰ uxoris obitū copulatus est Thamar nurui, è qua Perez et Serah filios accepit, Gene.38.et.1.Chro.2, Math,1.hic una cum decem fratribus et Iacob parente in Aegyptū descendit ad Ioseph fratrē, Gene,46.accepit benedictionē regni Genesib.49.Ab hoc Chananæa regio cœpit uocari Iudæa, a quo etiā tribus Iudæ, quæ in diuisione terrā ad austrū id est, meridiem possedit, appellationem sortita est.

Iudæ sors Ezechiel.48.uelut scribit Iosephus li.5.ca 3.Iudaicarum antiquitatū.Fuit Idumæa superior, quæ in longum quidē extenditur, usq; ad Hierosolymā, Latitudine uero usq; ad Paludē Sodomæ cōstituta est. In hac sorte ciuitates erāt ascalō et Gaza, hactēꝰ Iosephꝰ

Vrbes itaq; filiorum & sortis Iuda Hæ sunt,

Akrabbim	Hezrom
Zima	Adara
Kadesbarnea	Karkaa
Azemona	kabzeel
Beth Hagla	Eder
Beth Araba	Iagur
Euen Bohem	Kina
Debur	Dimona
Emek Achor	Adada
Gilgal	Kedes

 Adomim

Adomm	*Hazor*
Enſemes	*Iethnan*
Rogel	*Siph*
Gebinam	*Telem*
Emek Raphaim	*Bealoth*
Nephthoab	*Hazor Hadatha*
Ephzron mons eſt & urbs	*Kirioth Hetzron, ipſa eſt Hazor.*
Baala quæ eſt	*Amam*
KiriathIarim	*Sema*
Iarim mons ipſe eſt	*Molada*
Cheſſalon	*HazarGadda*
BethSemes	*Heſmon*
Thimua	*Beth Palet*
Akron	*Hazar Saul*
Sichron	*Beerſeba*
Iabneel	*Biſiothia*
Kiriath Arba, hæc eſt	*Baala*
Hebron	*Iim*
Kiriath Sepher, alias	*Azem*
Debir dicta,	*Eltholad*
Cheſil	*Hadaſa*
Harma	*MigdalGad*
Ziglag	*Dilean*
Madmanna	*Mizpe*
SanSanna	*Iakthie*
Leboath	*Lachis*

Silhim
Ain
Rimon
In uallibus autem hæ
sitæ sunt urbes
Estaol
Zarea
Asna
Sanoah
Euganim
Thapuah
Enan
Iarmuth, quæ Ieremuth
Nehemiæ.11. dicitur.
Adullam
Socho
Asela
Saaraim
Adirhaim
Gedera
Giderothim
Zenan
uero sunt
Samir
Iathir
Socho
Danna

Bazelath
Eglon
Chabon
Lachman
Chithli s
Gederoth
Beth Dagos
Naama
Maleda
Libna
Ether
Asen
Iephtha
Asna
Nezib
Keila
Achsib
Maresa
Elron
Asdod
Gasa
Inmontanis
Kain
Gibea
Halhul
Bethzur
Gedor

Kiriath

Kiriath Sanna hæc est
Debir
Anab
Esthemo
Amim
Gosen
Holou uel Hilen
Gilo
Arab
Duma
Escam
Ianan
Beth Thapuah
Apheka
Humta
Zior
Maon
Carmel
Siph
Iuta
Iesreel
Iakdeam
Sanoab
Cosebo
Lachem
Hadebarim
Athikim, 1. Chro. 4.
Maarath
Beth Anoth
Elthekon
Kiriath Baal ipsa est
Kiriath Iearim
Harabba
In deserto quoq; sunt
Beth Araba
Middim
Sechacha
Nibsan
Engeddi
Ir Hamelach
Istas urbes uniuersas recenset Iosua, cap. 15.
At quæ sequuntur ex Chronicis subscripsimus.
Zarega
Bethlehem
Thekoa
Nahas
Gebarasim
Maresa
Iesua
Morchona
Enrimmon
Adijciuntur Nehe. 11.

Iudæa aliquando tota terra duodecim tribuũ appellatur. uelut Marci. 3. & Psal. 76. Notus in Iudæa Deus. Aliquando duæ tantum tribus Iuda appellitãtur: Ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumq́; in terra repromißionis regionem. Obseruabis itaq; apud historicos Iudæam pertinere ad Palestinã, Galilæam uero atq; Samariam ad Phœnicem.

Neq; obscurum est post Salomonis mortem, decẽ tribus Iſraël defeciſſe à Rehabeã ad Ierobeam Ephrateũ, 3. Reg. 12. Exinde duæ tribus Iudæ scilicet & BenIamin quæ Semini Dauidis adhæserant, nunc domus Dauid, nunc regnum Iuda, Hierusalem, aut BenIamin in scripturis potißimum à prophetis nuncupari. Sicut decem tribus quæ defecerant, Regnum Iſraël, domus Iacob, & Ioseph, Ephraim, Regnum Samariæ, Iſraël, Bethel, Bethauen appellari notum est.

Iudæa, quæ & Chananæa, & repromißionis terraq́; sancta in scripturis sacris nuncupata est, Syriæ regio in Asia maiori ad orientem, habet mare mortuũ, quod salsum, Nume. 34. Vbi quondã Sodoma & Gomorrha urbes sitæ erant, ultra quod Iordanis fluuius, qui mare mortuum ingreditur. Deinde Amorræi habitant, post quos Moabitæ terram occupant. Deinceps Ammonitæ & magnus Euphrates, ultra illos Babylon atq; Chaldæorum est regio. Persia deinceps inchoat.

Ad Aquilonẽ Galilæa cubat, in cuius tergo Libanus mons terminus Iudæ eminet. Damascus deinde & Euphrates

phrates celebre flumen, ultra quod Syria & Aßyria sitæ sunt, quæ respiciunt & extenduntur ad orientalem plagam: ulterius Zidon & Tyrus occidentem uersus declinant & extenduntur.

Occidentem uersus Philistijm, quæ Palestina & Allophilorum terra dicitur, incipit, ultra quam mare magnum, quod & mediterraneum horret, Exo.23. hoc Palestinorum mare appellatur.

Ad meridiem Amalechitæ habitant, Nume.13. post quos Seir mons, & Edomitæ ultra illos Midianitæ sedent: deinde est mare rubrum, ultra quod Aegyptus sita est ad occidentem Iudææ extensa.

Habes paucis uerbis limites seu terminos terræ promißionis à Mose è prophetis, Gene.10. Exo.23. Nume. 34. Deute.1. & .11. Iosua.1. & .23. Ezech. 47. graphice descriptos.

Iuda Leuita fuit post captiuitatem Babylonicam, qui & ipse repudiauit alienigenam uxorem, Esræ decimo, Nehemiæ.12.

Iuda filius Hasnua è tribu BenIamin, habitauit in Hierusalem, Nehemiæ.11.

Fuit & Iuda quidam filius Ioannæ, quem Lucas inter Christi auos numerat ca.3. & Philon populi principem fuisse affirmat cognominatum Hircanum.

Iudas Ischariotes, primum discipulus Christi, deinde fur, Ioan.12. & proditor propter triginta argenteorum precium: cum uideret Iesum ad mortem condemnatum:

pœni-

pœnitentia ductus, proiecit argentum in templum, & empto, laqueo se suspendit, mediusq; crepuit, Matth. 27 Actorum. 1. Quare uero Ischariothes appellatus sit, lege supra.

Iudas frater Iacobi discipulus Domini nostri Iesu Christi, ad Euangelion occidentalem emissus, Lucæ. 6. Acto. 1. aliàs Tebæus cognomento Thaddæus appellatus est, Matth. 10. Marci. 3. hic uidetur is esse, qui à Iudæis frater Iesu Christi pronunciatur, Matth. 13. Mar. 6 germani huius fratres fuerunt Iacobus, Ioses, & Simon De hoc Eusebius lib. cap. 20. ecclesiasticæ historiæ.

Iudas quidam ciuis Damasci, habitans in uico, qui uocabatur Rectus, apud quem Saulus Tharsensis hospitabatur, Actorum. 9.

Iudas cognomento Barsabas, ab Apostolis & senioribus ecclesiæ Hierosolymitanæ missus est cũ Paulo, Barnaba & Sila Antiochiam ad fratres, Acto. 15.

Iudas Galilæus, siue ut habet Iosephus lib. 18. cap. 1. antiq. Iudai. Gaulonites, homo ex ciuitate, cui nomen erat Gamalas, Sadducho pharisæo ceptis suis assumpto populum seduxit, ne tributa persolueret: sic enim libertatem admittere falso ingessit, proferens ex lege, Domino soli seruiendum. Iste quoq;, ut par erat, perijt infeliciter, & omnes quotquot paruerãt ei, dispersi sunt, Actorum. 5. Vide Iosephum lib. 18. cap. 1. & lib. 20. antiq. Iudaicarum, & lib. 2. cap. 7. belli Iudaici. Eusebium lib. 1. ecclesiasticæ historiæ cap. 5.

Iudices

Iudices atq; duces in populo Israelitico *ab egressu ex Aegypto, usq; ad filios Samuëlis, sunt hi sequentes.*

Mose	*Abzan*
Iosua	*Elon*
Athniel	*Abdon*
Ehud	*Simson*
Samgar	*Heli*
Debora	*Samuel*
Gideon	*Filij Samuelis, Ioël et Abiá*
LXX. filij Gedeonis	*qui Iudæis petendi regis fuerunt occasio, 1. Samuelis. 8*
Abimelech	*Istos secuti fuerunt reges, de quibus infra.*
Thola	
Iair	
Iephthah	

Iudith *filia Beri Hethæi, uxor fuit Esau, Gene. 27. Fuit alia Iudith pia mulier, uxor Manasse, Iudith. 8. cuius extat historia.*

Iudila *uxor Iesbah uiri Iuda, peperit ei filios, 1. Para. 4. Hieronymus in hebr. quæst. hanc Iochebed matrem Mosis putat fuisse, de qua supra, & Exod. 6,*

Iulius *Centurio quidam cohortis Augustæ, cui Paulus commissus erat ut Romam duceretur.*

Iulia *fidelis quidam Romæ discipulus fuit, quem Paulus salutauit, Roma. 16.*

Iunia *Iudæus natione insignis inter apostolos, unus è Septuagintaduobus Christi discipulis creditus, una cum*

Paulo

Paulo & Andronico Euangelij confeßionem captus, Romanorum.16.

Iupiter fabulosus deus Poëtarum & gentilium, cui Barnabam comparauerunt Lycaones, Acto.14.

Iusab Hæses filius fuit Zerubabelis,1.Para.3.

Iustus discipulus quidam Domini Iesu, qui Ioseph & Barsabas quoq; dictus fuit, Acto.1.

Alius qui Iesus appellatus est, de quo Coloß.4.

Alius iustus colens Deum in Corintho urbe Achaiæ, cuius domus cōiūcta erat synagogæ, hospes Pauli, Act.18.

Iuta aliàs Lochæ urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15.

Iuta aliàs Iethan urbs Leuitarum, Iosuæ.21.

Ivua ciuitas, cuius mentio fit, 4.Reg.18.19. Iesaiæ.37

K

KAbzeel urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15. patria Benania, 2.Regum.23.1. Chroni.11. Nehemiæ.11.

Kades uel Cades in extremis finibus Edom locus, Nume.20. ubi Israëlitæ XXXIII. mansionem ex Aegypto proficiscentes, habuerūt, aliàs Zin dictus, Nume.10.20.& 33. Eo loci inspectores terræ Chananææ situm regionis Mosi & populo Israëlitico exposuerunt, Nume.13. Iuxta hunc erat aqua contentionis, Deut.32. Habes huius mentionē etiam Iosuæ.12. Ezech. 47. Psalm.29. & aliàs.

Est præterea Kades fontis nomen, de quo Genesis.14.

T Quere

Quære supra EnMiſpat,

Kades Barnea *terminus eſt tribus Iudæ ad meridionalem plagã, ubi Moſes rupe icta. Iſraëlitis grauißima ſiti laborantibus aquæ habendi copiam fecit, Deut. 1. Ioſua. 14. 15. Vide ſupra Cades Barnea per C.*

Kadmiel *Leuita, qui cum alijs è Babylonica captiuitate in Iudæam uenit, Eſræ. 2. & templum Hieroſolymitanum reſtaurauit, Eſræ. 3. Nehe. 7.*

Kahath *filius fuit Leui, qui una cum Iſraële in Aegyptum profectus eſt, Gene. 46. 1. Para. 7. & 24. Exo. 6. Inde Cahaitarum familia appellata, Nume. 26. Hic Kahath auus Moſe, Aaron, & Miriam genuit Amram, Hebron & Vſiel, Exodi. 6.*

Kahelatha XIX. *manſio Iudæorum, Nume. 33. Vide Kehelatha.*

Kain *primogenitus Adæ, quod nomen interpretatũ ſignificat poſſeßionem & acquiſitionẽ, q. dixiſſet mater: Poſſedi hominẽ per Deum, Gene. 4. Ioſephus lib. 1. ca. 4 anti. Iud. hic primus fratrem auſus eſt perimere, Heb. 11*

Kain *aliàs Accaim urbs in tribu Iuda, Ioſ. 15. Nu. 24.*

Kainan *ſiue Kenan filius Enos, uixit annis 910. Geneſis. 5. Ioſephus lib. 1. cap. 5. anti. 1. Para. 1.*

Alius recenſetur ab Euangeliſta Luca cap. 3. filius Arphaxſad.

Kalaia *aliàs Klita Leuita poſt captiuitatẽ Babylonicam, alienigenam uxorem repudiat, Eſræ. 10.*

Kallai *filius Sallai ſacerdos poſt Baby. capti. Nehe. 12*

Kamon

Kamon *urbs est in Gilead, ubi sepultus iacet Iair iudex Israëlis, Iud.10, Hieronymi ætate Cimana dicebatur*

Kana *in tribu Manaßis est, de qua lege Hieronymum in locis hebraicis.*

Kapha *filius Binea è genere Saulis de tribu BenIamin.2.Chronico.9.*

Karkemis *Syriæ ciuitas iuxta flumen Euphratem, Iesaiæ.10.Hiere.46.de qua supra in C.litera.*

Karkaa *aliàs Kaulaa locus Iudæ uicinus, Iosua.15.*

Karthan *urbs Leuitarũ in tribu Naphthali, Iosuæ.21*

Kartha *urbs Leuitarũ in tribu Sebulon, Iosuæ.21.*

ar karlocus *in terra Chanaan, ubi exercitus Sebah & Zalmuna regum Midianitarũ constituerat contra Gideonem, & sternitur Iudicum.8, Hieronymo in ecloga est Carcaria unius diei itinere à Petra distans.*

Karnaim *populi sunt ciuitatis Astaroth, quos quondam KedorLaomor bello uicit, Gene.14.de quibus uide Hieronymi eclogam.*

Kereah *filiũ habuit Iohannan, 4.Reg.25.principem Iudææ relictum, Hiere.40.*

Kathath *aliàs Cathethet urbs in sorte Sebulon, Iosua cap.19.*

Kazin *urbs in sorte Sebulon, Iosuæ.19.*

Kedar *Arabiæ regio est Hieronymo in Agarenorũ, id est, Saracenorum solitudine, à Kedar filio Ismaëlis, 1.Para.1.Gene.25.ita cognaminata: ferunt quidã Kedar esse ciuitatem, quæ Iosepho Camela uocatur, Meminit*

Iesaias ca.60.Ezech.27.Psal.120.Hiere.2.cõtra regionem Kedar prophetauit Iesaias ca.21.Hiere.ca.49. Tabernaculorũ Kedar fit mentio Canti.1.&.Psal.120.

Kedes urbs in tribu Iudæ,uelut Iosua ca.15.indicat.

Kedes alia urbs Galilææ in montanis Naphthali,Iosua.10.deputata fugitiuis,qui nescij homicidium perpetrauerant,Iosuæ.20.& Leuitis quoq; attributa, Iosuæ 21.1.Chro.7.in hac Barak filius AbiNoam fuit,Iudi.4. hanc Assyriorum rex cepit,4.Regum.15.Vide Hieronymum in ecloga.

Kedma Ismaëlis filius,Gene.25.&.1.Para.1. Hieronymus in quæstionibus hebraicis hunc eundem esse scribit,qui Nodab,1.Chro.appellatur, & Arabiæ partem tenuisse ad orientem.

Kedemoth est ciuitas sacerdotũ, Iosua.21.in tribu Ruben,Iosuæ.13.1.Chr.7.Est quoq; locus in terra Moab unde Moses ad Sibon regẽ Hesbon nũcios misit,Deu.2.

Kedumim torrẽs est in Galilæa,ubi exercitus Chananæorum fusius est à Debora, Iudi.5.

KaHob aliàs Roob urbs tribus Asser,Iosuæ.19.

Kehelatha aliàs Calatha,locus in deserto,ubi filij Israël habuerunt XIX.mansionem, Nume.33.

Keila uel Kegila urbs in tribu Iuda,Iosuæ.15.quã liberauit Dauid à Philistæis.1.Reg.23.1.Para.4.de qua lege Hiero.in ecloga,Nehe.3.Ioseph.li.6.ca.13.anti.Iud.

Kemuel fuit filius Nachor ex Milka uxore, Gen.22. Iosephus lib.1.cap.14.anti.ab hoc Syri descenderunt.

Hiero.

Hiero.in hebr.quaesti.hunc patrem Damasci seu Aran dicit. Alius Kemuel filius Siphthan princeps tribus Ephraim, Nume.34.

Kenæus populus terrae Chanaan, Amalechitis coniunctus, 1.Reg.15.Gene.15. Vide Cinaeus Iudicum.1.

Kenizæus dictus est Chaleb filius Iephunae, Nume. 32.Iosuae.14. Est quoq; populus terrae Chanaan, Gen.15

Kenas seu Knas ciuitas est Idumaeorũ principum. Gene.36, Quae haud dubiè à Kenas filio Eliphas ex Ada uxore ita appellatur, 1.Para.1.

Kenas de tribu Iuda iunior frater Chaleb, Iosua.15.Iudi.1.& 3.genuit Athnielem & Saraiam, 1.Para.4.Vide supra Cinaeus. Vnde & Chalec Kinizeus appellatus est, Iosuae.14.

Fuit etiam Kenas filius Ela è tribu Iudae, 1.Para.4.

Kenan filius Enos, 1.Para.1.aliàs Kainan dictus, Ge(ne.5.

Kenath aliàs Knath urbs tribus Manasse. aliàs Nobah dicta, Nume.32.1.Para.2.

Keros ex Nethinim post captiuitatem Babylonicam Esrae.2.Nehemiae.7.

Kerenhapuch Hiobis filia, & ipsa genita post patris afflictionem, Hiob.42.

Ketura uxor Abrahae post mortem Sarae, Gene.25. 1.Para.1.Hiero.in quaest.heb.putat hanc esse Agar, propter illud Psalmi.82.Tabernacula Idumaeorum & Ismaëlitarum Moab &c.

Keua latinus Codex & uulgata aeditio habet Choa lo

cus est, unde Salomō eq adducebātur, 3. Re. 10. 2. Chr. 2.
Kezin urbs in tribu BenIamin, Iosue. 18.
Kezia filia Hiob, quam post afflictionem suam genuit Hiob. 42. interpretatur Rosa.
Kibzim aliàs Iebsam urbs Leuitarū in tribu Ephraim, Iosue. 21.
Kibrot Athaaua, id est sepulchra cōcupiscentiæ, Nume. 11. 33. Deut. 9.
Kidron & uallis & fluuij in eadē ualle nomen est, Iosephus in. 6. ca. 6. Iudaici belli tradit hanc uallem esse inter Hierosolymā & oliuarū montē ad orientē urbis fluminis Samuel recordatur, 2. Reg. 15. Dauid rex per transibat flumē Kidron, Ioan. 18. Cedron uocatur, uallis. 4. Reg. 23. 3. Reg. 2. utriusq; uero simul fit mentio, 4. Regum. 23. 2. Chro. 15.
Kidmonæi fuerūt gentes in terra Chanaan, Gen. 15
Kilmad regionis nomen iuxta Assyriam uelut ex Ezech. 27. colligitur.
Kina uel Zinna urbs tribus Iudæ, Iosue. 15.
Kinisæus Chananeæ terræ populus fuit. Gen. 14. 15.
Kiriat Arba præcipua urbs in montanis Iuda ultra Iordanem, ipsa est Hebron, Gene. 23. quam Caleb filius Iephune Cinizeus accepit in possessionem, Iosue. 14. & 15. ea adnumerata est in ciuitates refugij, Iosue. 20. Hæc urbs Leuitis quoq; data est in possessionē, Iosue. 21. Iudicum. 1. Nehe. 11.
Kiriath Iarim urbs in sorte Iuda, aliàs Baala dicta Iosue. 15. Esræ. 2. Nehe. 7.

Kiriath Sepher *urbs tribus Iudæ olim Debir dicta, Iosuæ.15. Iud.1. id est ciuitas literarum, fortaßis illic gymnasium fuit.*

Kiriath Iearim *ciuitas Hiuæorum, Iosuæ.9. in tribu Iudæ, 1. Chro.14. Iudi.18. De hac fuit Vrias propheta, quem interfecit Ioachim rex in Hierusalē, Hiere.26. Hæc uno tantum miliario ab Aelia, qua pergimus Diospolim distat Eusebio, de hac etiam, 1. Para.2. & .14.2. Chro.1. interpretatur syluarum ciuitas.*

Kirioth Hezron *uel Cariothiesron urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15.*

Kiriath Sanna *urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15, hæc est Debir, id est, ciuitas spinarum uel rubi.*

Kiriath Baal, *hæc est Kiriath Iearim urbs in tribu Iuda, Iosuæ.15,18. & Baala, 1. Chro.5.*

Kiriath *urbs in tribu Beniamin, Iosuæ.18*

Kirioth *Moabitarum ciuitas iuxta Hiere.cap.48. et Amos secundo.*

Kiriathaim *urbs in tribu Ruben, Iosuæ.13. etiā Moabitarū ciuitas, Nume.32, Hiere.48, Ezech.15. ubi olim Emim gigantes habitarunt, Gene.14 1. Chroni,7. inter urbes Naphthali Leuitis concessa censetur, Hiernoy. in ecloga scribit eam iuxta Medabam urbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.*

Kir *ciuitas est Moabitarum, Iesaiæ.15. quæ Cirene dicitur, Amos primo.*

Est alia Kir ciuitas Aßyriorū, cuius fit mētio Iesaiæ.22.

Kyra *Cyrene Aphricæ ciuitas quæ etiam regioni ut Cyrenaica dicatur, nomen imposuit. Hanc Dionisius Apher Poëta laudat à generosis equis cũ ait* κυρῆνητ' ἔνιϖ ϖοσ ἀμυκλαίωμ γένος ἀνδρῶμ. *Huius meminit. 4, Regum. 16. Amos, 9.*

Cyrenaica regio etiam pentapalitana uocatur, eo quod quinq; urbibus maxime fulgeat, teste Hiero. Berenice, Arsinoe Ptolemaide, Apollonia ipsaq; Cyrene. Hæc est in finibus Aegypti ad quem locũ rex Assyriornm transtulit Damascenos. 4. Regum. 16.

KirHareseth *principalis urbs Moabitarum, quam Iesaias cap. 16. inter alias recensuit, hanc putans Moab esse, aut Areopolim.*

KirHares *& ipsa Moabitarum ciuitas cuius idem propheta meminit, Isaie, 16.*

Kis, *fuit de tribu Beniamin, filius Abiel siue Ieiel patris Gibeon, genitor Saulis primi regis gentis Hebræorum, 1. Reg. 8, Acto. 13. 2. Reg. 21. Ipse filius Ner dicitur 1, Chro. 9. & 10. Ester. 2. dicitur filius Iemini.*

Kis *leuitici generis filius Maheli filij Merari, 1. Chro. 24. & 25.*

Alius Kis filius Abdi de filijs Merari, Leuita temporibus Iehisfiæ regis, 2. Chro. 29.

Kiseon *alias Cesiem urbs in tribu Isaschar, Iosue. 19 Leuitis adnumerata, Iosue. 21.*

Kison *torrens est Galileæ iuxta montem Tabor. Iud. 4. ubi exercitus Chananæorũ fusus est, Iud. 4. & 5*

Psal.

Psal.85. Hic è monte Tabirio ortus in mare cadit, de hoc etiam.3.Reg.7.& .18.

Kitron *alias Thetron urbs in tribu Sebulon, Iud.1.*

Kiur *idoli nomen fuit à Iudæis cultum, Amos.5.*

Klita *alias Kalaia Leuita, Esræ.10.quære supra, Nehemiæ.8.10.*

Koa *sicut ex.28. Ezechielis colligitur Caldeorum princeps fuit, Hieronymi in locis heb. Koa iuxta Aegyptum ciuitas est, cuius mentio fit.3.Reg.10. sed Ceua legitur ex Hebræo.*

Kolaia *filius Maæseia è BenIamin, Nehe.11.*

Lorah *stirpis Iudæ filius Hebronis nepotis Chalebis, 1.Para.2.*

Korah *filius Esau ex Ahalibama uxore, Gene.36. 1. Para.1. princeps Idumæorum fuit.*

Korah *filius Aminadab è tribu Leuitica. 1.Chro.7. 10. Idem eodem capite filius Iezehar dicitur, similiter Exodi.6. Hic cum alijs quibusdam seditionem contra Mosen seruum dei mouet, et terra absorbetur. Num.16 Huius filij fuerunt Aßir, Elkana, & Abiasaph, Exodi.6 & in epistola Iudæ.*

Kore *filius Abiassaph è stirpe Leui.1.Chro.10.27.*

Korhitæ, *ab isto Leuita dicti, custodes uestibulorũ tabernaculi testimonij, 1. Chro.10. Psal.42. 44. & sequentibus, Exodi.6. Nume.26.*

Kore *filius Iemna Leuites ianitorq; templi Iebiskiæ regis temporibus. 2. Chronicorum.31.*

Koz de tribu Iudæ uir, cuius mētio, 1. Para. 4. habetur.
Kusi filius Abdi é stirpe Leuitica, genitor Ethan cantoris Dauidis, 1. Chroni. 7.
Aiius Kusi filius Gedaliæ filij Amaria, genitor Zephaniæ prophetæ Sopho. 1.
Reliqua supra in litera C adnotata habes.

L

LAban filius Bethuelis Syrus de Mesopotamia frater Rebeccæ, de quo Gene. 24. 25. Iosephus lib. 1. cap. 24. antiq.

Laban locus in deserto Arabiæ terra Chanaan respiciēs, ubi Moses quintū prælegit lib. Deu. 1

Lachis urbs Amorræorum fuit in tribu Iudæ, Iosuæ 10. & 15, De quа. 4. Reg. 14, & 18. 2. Para. 32. Micheæ non longe à Hierusalem distans à Rahabeam magnificis ædificijs munita, 2. Chro. 11. sed à Babylonio rege debellata, Hiere. 34 Nehe. 11.

Lachman siue Leemas urbs in tribu Iuda, Iosuæ 15.

Laeda filius Sela filij Iuda, pater Maresa ciuitati Iu (da. 1. Pa. 4

Laedan filius Thahan ex stirpe Ephraim. 1. Chro. 8, Alius è tribu Leui filius Gerson. 1. Chro. (24. 27

Lael genitor Eliasaph principis Leuitarum, Numeri. 3.

Lahad filius Iahath de stirpe Iudæ. 1. Para. 4.

Lahem locus est tribus Iudæ, ut liquet ex. 1. Para. 4.

Lahemis frater Goliath Gethæi ab Elhanan ceditur (1, Chro. 21.

Lahel Ammonitarum urbs, Hiere. 49.

Lais urbs est in monte Ephraim, non procul à Sydone

à filijs Dan capta, Iud.18, quæ alias Lesen, Iof.19. postea
Dan dicta fuit, Iesa.10. Laise terminus est Iudææ ad se-
ptentrionē, ubi est origo Iordanis, quæ tandē à Philip.
Tetrarc. senioris Herodis filio in honorē Tibe. Cæsarea
Philip. dicta est, autore Volater. li.11. uulgo à barbaris
Lais de Gallim pater Phalti, cui (nūc Belina uocitat.
Michael Dauidis uxor tradita à patre Saul, 1. Reg. 15.
Lakum aliàs Lecum urbs in tribu Naphthali, Iof.19
Lamech filius Methusalach, uixit annis 777. Huius
filius fuit Noah, Gen.5.1. Para.1. Alium Lamech, seu
Lemech nepotem Cain, quære infra Lemech.
Laodicea ciuitas est Phrygiæ Pacatianæ, quæ est in
Asia minori, haud ita procul à Hierapoli & Coloßis.
Huius meminit Plinius li.5. cap.29. Strabo li.12. et Pau
lus sæpe in epistola ad Colosenses, Ioānes Apoca.1. et.3.
Lapidoth maritus Doboræ pphetissæ, Iud.4. Hiero.
in heb. quæst. hūc alio nomine Barach appellatū refert.
Lapis adiutorij inter Mizpa & Sen ab Samuele ere-
ctus, 1. Reg.4.7. ubi capta fuit arca à Philistæis, & cæsi
sunt Philistijm, unde etiā locus nomē obtinuit, 1. Reg.7.
ppter sel cē Israëlitarū cū Palestinis pugnā, Heb dicit
Lapis testimonij in Sichē (Euen Haeser. i. lapis auxilij
subter quercū in sanctuario domini erectus à Iosua in si
gnū fœderis, qđ pepigerat Israël cū Domino Deo suo,
Lapides in Iordane erecti, Iosuæ.4. (Iosuæ.24.
Lapides in Galgalis erecti, Iosuæ.4.
Lapis grandis est in Gibeon, 2. Regum.20.
Lasa ciuitas est quæ Hiero. in heb. quæst. Callirhoe di

citur. Ibi enim aquæ calidæ prorumpentes, in mare mortuum defluunt, Iosuæ.11. & .13. Hæc terminus est Chananeorũ circa Zidonẽ alias Dan dicta, uide supra in Lais

Lassæa ciuitas littoraria Cretæ insulæ iuxta locum qui uocatur Boni portus, ut ipse Lucas Acto.27. exponit, pro qua quidam corrupte Thalassa legunt.

Lazaron siue Saron urbs regni Chanaan, Iosuæ .12. quam Iosua cepit regem interficiendo.

Lazarus Bethaniensis frater Marthæ & Mariæ. quem mortuum & quatriduanũ iam Christus excitauit Ioan.11, Vnde factũ ut & ipsum Lazarum tentauerint occidere Iudæi, Ioan.12. Alius Lazarus mẽdicus plenus ulceribus à diuite cupiens saturari panibus, post mortẽ in sinum Abrahæ ab Angelis deportatus, Lucæ.16.

Lea uxor Iacob patriarchæ, filia Laban Syri, Gene. 29. Ioseph. libro, 1. cap. 27. antiq. Iud. Hæc à Hiero. in quæst. heb. interpretatur laborans, fuit lippis occulis. peperit Iacob marito Ruben, Simeonem, Leui, Iudam, Isascharem, & Sebulonem, Gene.29.1. Chron.1.

Leabim uel Lababim filius Mizraim filij Ham. Ge. 10.1. Chro.1. Ioseph. li.1, cap.12, antiq. ab ipso Libiã quæ prius secundũ Hiero, in heb. quæst, Phutensis regio est appellata, nomẽ habere tradit. Porro alij dicunt è Libia Epaphi filia Bursiridis matre Lybiram esse uocatam.

Lebaoth locus in tribu Iudæ, Iosuæ.15. à leonibus nomen habet.

Leblean in tribu Manasse, Iud.1. alias Iebleam.

Lebbæus *cognomento Thaddæus diſcipulus fuit do mini noſtri Ieſu Chriſti, èduodecim unus, ad Euangelium prædicandum emiſſus, Matth.10. Hic alias Iudas filius Iacobi fuit adpellatus, Lucæ.6.*

Lebana *ex Nethinim fuit poſt captiuitatem Babyloniam, Eſræ.2. Nehe,7.*

Lehi *locus ubi Samſon eleuauit maxillam aſini contra Philiſtæos. Iud,15.*

Lehem *locus eſt cuius fit mentio in lib.1.Chro.4.*

Leka *locus eſt in tribu Iuda, cuius autor Para. meminit,1.Chro.4.*

Lemech *ſeu Lamech filius Methuſaël nepotis kain Gene,4, hic ex duabus uxoribus Ada & Zilla genuit ſeptē & ſeptuaginta filios, authore Ioſepho lib.cap.4, Iudaicàrum antiquitatum In Biblijs uero tantum Iabel Iubal, Tabalcain, & filia Naema nominantur, Gene.4*

Leſen *urbs à filijs Dan dapta Ioſuæ.19. quam patris ſui nomine uocitarunt Dan, Iudic.18. uidetur dici Lais.*

Letuſim *filius Dedan filij Abrahæ, Gene.25.*

Leui *filius Iacob patriarchæ ex Lea ancilla, à ſociando ſiue adhærendo appellatus, ꝙ mater eius genito infante dixerit. Nūc quoq; copulabitur mihi maritꝯ meus eo ꝙ peperim ei tres filios, Ge.29. Ioſep.li.1.ca.27. Heb. uetuſtatū. Huius filij fuerūt Gerſon Kahath, & Merari, Gene.46. Exo.6. Num..3.1. Chro. ſeptimo.*

Ab hoc Leuitæ originem et nomen traxerūt, quibus nō data eſt poſſeßio in diſtributione terræ Chanan per ſortes,

tes, ueluti alijs filijs Israël, sed hæreditas ipsorum sacrificia et uictimæ, Nume.18, Deut.10.et 18. Iosua.13.ac.14. Deputati *sunt in ministerium* Dei, *ut portent tabernaculũ testimonij, et seruians* Abaroni *in cultu diuino, et obseruent obseruantias eius et totius synagogæ coram tabernaculo testimonij, & custodiant omnia uasa & utensilia tabernaculi,* Erantq; *in ministerio eius ac per gyrum tabernaculi metabantur castra cũ proficiscendum fuerat deponebant* Leuitæ *tabernaculũ, aut cum castrametandũ, erigebant ipsum,* Nec *quisquam exter norum audebat accedere, quæ omnia copiosissime legis in* Mose, Nume.1.&.3.Deut,10.5.Chro.7, &.24. *Leuitis tamen urbes concessæ sunt ad habitandũ, ut suburbana earũ ad alenda iumenta: eas autẽ dederũt filij* Israel *de possessionibus suis, iuxta imperiũ* Domini, Nume.36, Quas *legis partim,* Iosua.21.*partim,* 1.Chro.7.

Fuerunt autem sequentes.

Kiriath Arba *hæc est* Hebron	
Libna	
Iathir	
Esthmua *uel* Esthemo	Quæ *ex tribu* Iudæ *Leuitis concessæ sunt.*
Holon	
Debir	
Ain	
Iutha	
BethSames	

Gibeon Gaba uel Geba Anathoth Almon siue Alemeleth	è tribu Beniamin
Sichem Geser Kibzim Bethoron	è tribu Ephraim
Elthekе Gibthon Aialon Gad Rimon	è tribu Dan
Bileam Thaenach Gadrimon Golan Beasthra Aner Astharoth	è tribu Manasse
Kision Kedes Dabrath Iarmuth EnGannim Anem	è tribu Isaschar

Miſeal aliàs Maſal Abdon Helkath uel Hukok Rehob	è tribu Aſſer
Kedes Hamoth Dor Karthan aliàs Kiriathaim	è tribu Naphthali
Iakneam Kartla Dimna Nahalar Rimono Thabor	è tribu Sebulon
Bezer Iahza Kedemoth Mephaath	è tribu Ruben
Ramoth in Gilead Heſbon Mahanaim Iaeſer	è tribu Gad

Leui filius Simeon, Luce.3. idem eſt, qui in libris regnorum Amazia dicitur. Vide ſupra.

Alius

Alius Leui à Luca eodem cap. numeratur in Christi Genealogia. filius Mechi proauus Mariæ uirginis.

Leui *publicanus in Euangelio est Matthæus Euangelista filius Alphæi, Marci.2. Lucæ.5,*

Leumim *filius Dedan, Gene.25.*

Leuiathan *draco marinus est, sub cuius nomine Sathan intelligitur, Iesa.27. Hiob.3. & .14. Psal.74 104.*

Libanus *mons altißimus, teste Ptolemæo lib.5. in Syria à thure, quod ibi colligitur dictus, Iosuæ.1.12.13. in fine terræ promißionis uersus aquilonem, à quo denominata est terra, quæ est circa montem illum, Iosua.13. in hoc monte cedri crescunt longißimæ, 3. Regum.5. Psal. 29. Iesai.2.35. Ecclesiasti 24. Ezech.27. Hoseæ.14. Nahum.1. Zacha.10. Cantico.3.4. & .7. Vide Plinium li. 5. cap.20. naturalis historiæ.*

Libna *Pelusium est insignis Aegypti ciuitas proxima Iudeæ, de qua.4. Reg.19. Iesaiæ.37. Iosephus lib.10. cap.1. antiq.2. Chro.21.*

Libna *Chananæa ciuitas expugnatur à Iosua, Iosuæ 10. urbs in tribu Iuda, aliàs Labana, Iosuæ.15. cõtra quã etiam Sanherib pugnauit, Iesaiæ.37.*

Libna *aliàs Lobnam, urbs Leuitarum, Iosuæ.21. in tribu Iudæ, 4. Reg.8.1, Chro.7.*

Libna *aliàs Lebna, loc9 in solitudine, ubi erat XVII mansio filiorum Israël, Nume.3.*

Libona *oppidum, cuius mentionem uides Iudic.21.*

Libnath *ciuitas, quæ tribus Asseris terminus est, Iosua.19.*

Libni filius Gerson, filij Leui, Exodi. 6. Numeri 3. 1. Chro. 7. Vnde orta est Libnitica familia. Nume. 3. & 26. Fuit alius eiusdem nominis, filius Maheli de eadem tribu Leuitica, 1. Chro. 7.

Libya Græcis appellatur Aphrica Aegypto contermina autor Plin. in prologo quinti. Huius pars est Lybia Marcotis, de qua idem in 5. cap. 6. Hierony. duas Libyas ponit: unam Cyreneicã, de qua Actor. 2. Et partes Lybiæ, quæ sunt circa Cirenen, hæc porta Aegypti in parte Aphricæ prima est, & mari Libyco cognomento dedit, postquam Libya Aethiopum usq; ad meridianum pertingens Oceanum, De hac Volater. lib. 12. geographiæ, Hiere. 46. Ezech. 27. 30. & 38. Nahum 3.

Libyæ gentes contra Hierusalem pugnant sub Sisak Aegypti rege, 2. Chro. 12.

Libertini fuerunt quidam homines sectarij synagogæ Iudæorum, qui Stephano contradicebant, Actor. 6.

Lycaonia prouincia Asiæ est mediterranea Tauro à Cilicia Trachea diuisa, à septentrione Cappadociæ contermina, Volater. li. 10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt, Actor 14.

Est & eiusdem nominis ciuitas in Phrygia minore.

Lycia prouincia Asiæ, de qua plura Volaterr. li. 10. geographiæ, meminit eius Lucas, Acto. 27.

Lydda Palestinæ ciuitas est in tribu Dan, in litore magni maris sita, quæ Diospolis uocatur. Huius meminit Plinius li. 5. ca. 14. & Lucas Acto. 9. Tripartita hi-

storia

storia li.1.cap.15. Ad hanc etiam Petrus apostolus uenit ad sanctos, Actorum nono.

Lydia Asiæ minoris prouintia inter Cariã & Phrygiam autor Strabo. lib.13. cuius situm his uerbis scribit Plinius in 5.cap.29. Lydia perfusa flexuosi amnis Meandri recursibus super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu solis uicina, ad septẽtrionẽ Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectẽs Meonia ante appellata &c. Huius mentio est, Acto.16. Hiere.46. Ezech.27. & 30.

Lydia purpurarũ uenditrix ciuitatis Thiatyrenorũ, pia mulier baptizata à Paulo unà cũ tota domo, Act.16

Likhi filius Semidæ è tribu Manasse, 1. Chro.8.

Linus fidelis uir Romæ, cuius Paulus meminit, 2. Timothei 4. Hunc fingunt post Petrum Romanum fuisse pontificem.

Listra Lycaoniæ ciuitas, in qua Paulus & Barnabas annunciauerunt Euangelium, Acto.14, & Timotheus illic erat Acto.16. 2.Timo.3.

Lysanias tetrarcha fuit Abilenes, uelut meminit Euangelista Lucas ca.3. Euseb.li.1. ca.11. Eccle. histo. Quidam hunc Herodis filiũ & Philippi fratrẽ putant. Iosephus lib.14.cap.21. antiq. Iud. Minæi filium dicit, Eusebius in Chronicis Lysiam appellat.

Lysias tribunus in Hierusalem, Acto.23. uide supra Claudius.

Lithostrotas locus est Hierosolymis, ubi iudicia agebantur, sic appellatus quod lapidibus esse stratus, in

Pilatus sedit pro tribunali, & Iesum innocentißimũ ad mortem condẽnauit, Ioan. 19. Hebraice Gabbata dictus

Lod *ciuitas est tribus BenIamin, cuius cõditorẽ in Para. legimus quendã Samedũ nomine fuisse, 1. Chr. 8. Ne*

Lodabar *uel Ludebar, locus est, è quo Ma- (he. 11. chir filius Ammiel & Mephiboseth, Ionathe filius fuere, 2. Regum. 9 & 17.*

Lodhabid *propriũ nomen loci fuit in terra Iudææ. Esræ. 2. Nehemiæ. 7.*

Lois *auia fuit Timothei fidelis mulier, 2. Timoth. 1.*

Loth *iustus homo, filius Haran frater Saræ & Milcæ (Abrahams brůders sun) Gene. 12. Iosephus lib. 1. ca. 14. antiq. Iudai. Hic cum filiabus, cum esset temulẽtus, concubuit, ex quibus filius Moab & Ammi, unde Moabitæ & Ammonitæ descenderũt, suscepit, Gene. 19. Huius filij Ammonitidem regionem incoluerunt, expulsis Rephaim gigantibus, uelut Deute. 2. scribit Mose. Huius etiam Christus meminit Lucæ. 17. & Apostolus repetit quid mali à Sodomitis perpessus sit, 2. Petri. 2.*

Lothan *filius fuit Seir Horræi, Gene. 36. 1. Parali. 1. Hieronymus in ecloga urbem quoq; ducum Edom esse affirmat.*

Lubim *putãt esse Lybiam. Nahum. 3. Danie. 3. et. 11*

Lucas *Antiochenus animæ atq; corporis medicus, sectator Pauli apostoli, & omnis peregrinationis eius indiuiduus comes, uelut ex Actis apostolicis, quæ ipse scripsit colligitur, Euangelion idem Lucas græce scriptũ dedit. Cu-*

dit. Cuius fit mentio 2. Corinth. 8. Misimus cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias, & Coloß. 4. Salutat uos Lucas medicus chariß:mus, et 2. Timo. 4. Lucas est mecũ solus. In epistola ad Philemonem. Huius quoq; meminit Paulus, extat eius uita ab Hieronymo atq; Dorotheo martyre conscripta.

Lucius Cyrenensis propheta ac doctor fuit Antiochiæ, Acto 13. Huius & Paulus meminit, Roma. 16.

Ludim filius fuit Mizraim, filij Ham, Gene. 10. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiq. Iud, 1. Para. 1.

Lud filius Sem, Gene. 10. 1. Para. 1. Ludas, quos nunc Lydos uocamus instituit, testis Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. Iud. Horum meminit Iesaias cap, 66.

Luhith aliàs Linthuicus Moabitarum inter Ariopolim & Zoaram uersus orientalem plagam, cuius meminit Iesaias cap. 15. & Hieremias. 48. hæc eadem Eusebius, Pamphilius atq; Hieronymus.

Lus siue Luza, id est amygdalum in tribu Beniamin, aliàs Bethel nuncupata, Gen. 35. Iosua. 18. Est & altera in terra Hebræorũ à ueteris Luzæ proditore condita, Iud. 1. Hæc cecidit in sortem filiorũ Ephraim, Iosua. 16.

M

MAara Sidoniorũ ciuitas, de qua Iosuæ. 13

Maacha, 2. Reg. 10. regio Syriæ, 1. Chr. 20. Vide infra & supra Aram.

Maacha filia Thalmai regis Gessur, ux

Machi é tribu Gad genitor Guelis exploratoris, Nu-
Machnadbai Bani filius, abiecit alienige (me.13.
nam uxorem, Esræ.10.

Madon ciuitas Chananææ, Iosuæ.12. regis Iobabi. Io
sua undecimo.

Madmanna uel Medemena ciuitas Moab in tribu
Iudæ, Iosuæ.15. Hæc est Bersebea terminus Iudææ ab au
stro, meminit Iesaias ca.10. Hiere.46. Vide Ioan. Oeco
lampadium ibidem. Huius pater fuit Saaph, 1. Para.2.

Madian urbs ab uno filiorum Abraham ex Kethu-
ra uxore, Gene.25. sic uocata. Est autē trans Arabiam
ad meridiem Iudææ sita, in deserto Saracenornm cōtra
orientem maris rubri. Vnde uocantur Madianei, Ma-
dianitæ & Madianea regio. Hæc Hiero. in locis heb. re
cordatur eius liber Gene.37. Exo.2. Nume.25. Iosua.13
Iosephus lib.2. antiq. Iudai. Abacuc.3. Iesaiæ.60. Gene.
37. quoq; Ismaelitæ dicuntur.

Madian quoq; alia urbs est iuxta Arnonem et Ario
polim, cuius nunc ruinæ tantū demonstrantur, ubi Ob-
ab siue Ietro Mosis sacerdos Madian habitauit, Exo.2

Madianitæ cum regibus suis ab Israëli- (Acto.8.
tis occiduntur, Nume.31.

Madianitæ opprimunt Israëlitas, Iudi.6. & à Gi-
deone cæduntur, Iudi.7.

Madai filius Iaphet, Gene.10. qui Madeas instituit,
qui postea Medi, Iesaiæ.13.21. Iosephus li.1. ca.11. antiq.
Vide Hiero. in hebr. quæst. & infra in Media.

Mae-

Maecha filius Nachor ex Rehuma concubina, Gen. 22. Fuit eiusdem nominis Naecha genitor Achis regis Gath, 3. Reg. 2.
Alius è tribu Simeon pater Sephatia, Chro. 28.
Maecha uxor Rehabeam, filia Abisalom, mater Abiam regis Iuda, 3. Reg. 15. 2. Chro. 11. quæ binomia fuit nam 2. Para. 13. Michaia filia Vriel de Gibea dicitur.
Alia fuit eiusdem nominis concubina Chaleb, 1. Para. 2.
Maecha soror Mæchir filij Manasse, 1. Chro. 8. quã Hezron sexagenarius accepit uxorem & Segub filium ex ea suscepit.
Maecha uxor Machir peperit ei Peres, 1. Chaoni. 8. Alia uxor Ieiel patris Gibeon, de tribu BenIamin, 1. Chronicorum. 9. & 10.
Maechathi pater Ahasbai, auus Eliphelet robusti Dauidis. 2. Reg. 23. Fuit alius pater Iaesamia, 4. Regum 25. Hiere. 40.
Maeseia filius Ithiel è tribu BenIamin, Nebe. 11. Alij duo sacerdotes in Hierusalem post exilium Babylonicum, Nebe. 12.
Maeseia filius Malchi ia de tribu Leuitica, 1. Chro. 7 Hiere. 21. alienigenam uxorem repudiat Esre. 10.
Alius filius Adaiæ centurio IoIadæ, 2. Chro. 23.
Alius præfectus regis Vsiæ. 2. Chro. 26.
Alius filius Ahas regis à Sichri occisus, Chr. 28.
Alius perfectus urbis Hierosolymitanæ sub Iosia, 2. Chro. 34. Hier. 32. filius Sallũ custos uestibuli, Hiere. 35.

Maeseia é Leui Psaltes Dauidis, & ianitor tabernaculi, 1. Chroni. 16.

Maeseia é filijs Iosua sacerdotis cum alijs repudiat alienigenas uxores, Esræ. 10.

Alius filius Anania, Nehe. 3. & 10.

Alius Baruch filius, Nehe. 11.

Maesai sacerdos filius Adielis, habitauit in Hierusalem, 1. Chroni. 10.

Maeian menepetoah locus est apud Iosuam capite. 15. & 18.

Maedai Bani filius, alienigenam uxorem repudiauit Esræ 10.

Magala locus ille fuit ubi Dauid relinquens oues patris, cum Goliath Philistæo dimicauit, 1. Reg. 17. Lutherus pro appellatiuo reddidit, & uenit ad castra.

Magdala ciuitas est in litore stagni Genezareth siue maris Galilææ, cuius fit mentio Matth. 15. Hiero. hanc regionẽ nũc Macedan cõtra Ierasan scribit in locis heb.

Magdalum mansio Iudæorum, uide Migdol.

Magor, id est, pauor cognomentum Pashuri sacerdoti inditum à propheta, Hiere. 20.

Magog filius Iapheth filij Noah, Gene. 10. hic Magogas à se nominatos instituit, quos Græci Scythas nostri Tartaros nunc uocant, Iosephus li. 1. ca. 11. antiq. Vide Hiero. in heb. quæst. Huius mentionem habes, 1. Para. 1. Ezech. 38. Apoc. 20. Turcarũ originẽ ad illos referũt.

Magdiel ciuitas est Idumæorũ principũ, Gene. 36. 1. Para. 1.

Magbis *nomen loci in Iudæa uidetur fuisse, de quo Esræ secundo.*

Magi *Persarum fuerunt sacerdotes & philosophi sapientia excellentes, quales apud Indos gymnosophistæ Chaldæi apud Assyrios, philosophi penes Græcos, apud Romanos haruspices, Sapientes apud Latinos fuere, Strabone li.16.geogra.autore. Porro eos Persidem inhabitasse, idem Strabo in.15.&.16.memorat, & Eusebius lib.1.cap.7.eccle.histo. Tripartita histo.lib.3.ca.2 Huiusmodi magi ab oriente, hoc est Persia, quæ ad orientem Hierosolymæ & terræ Chanaan sita est, uenerūt natum Christum adoraturi, muneribusq; honoraturi, quemadmodum Euangelista scribit, Matth 2.*

Magpias *quidam primas Iudæorum post Babylonicam captiuitatem, Nehe.10.*

Magdalene *mulier pia, è qua septem dæmonia eiecerat Dominus, à Galilæa secuta est Christum. Lucæ.8 Marci.16.& dum crucifixus fuisset Dominus, ipsa iuxta crucem astitit, Ioannis.19.*

Mahanaim *uel Manaim terminus tribus Gad in regione Gileaditide, Iosuæ.13.1.Chro.7. Leuitis & consugio concessa, Iosuæ.21.2.Reg.17.19.uox ipsa significat castra Dei, Gene.31. Cantico,6.3.Reg.4.*

Mahala *filia Zelaphehad è tribu Manasse, Iosuæ.17 Nume.26.27.&.36.*

Mahalothi *ciuitas, patria Adrielis generis Saulis, 2.Regum.21.*

Mahe-

Mahelon siue *Maalon filius fuit Elimelech ex Naemi maritus Ruth Moabitidis, Ruth. 1. Iosephus libro. 5, cap. 14. Iud. antiq.*

Mahuiael *filius fuit Irad. nepotis Kain, Genesis. 4, Iose. li. 1. ca. 4. Cuius filius erat Methusael Mose li. 1. ca. 4*

Mahalaleel *filius Kenàm, uixit annis 895. cui natus est Iared, Genesis 5. Iosephus li. 1. ca. 4. antiquitatũ 1. Paralip. 1.*

Alius filius Pares, Nehe. 11.

Mahalath *filia Ismaëlis, soror Nabaioth, fit uxor Esau, Gene. 28.*

Maheli *siue Meheli filius fuit Merari, filij Leui, Exod, 6, Chroni. 7. & 24. 25. Vnde Mahelitæ, Numeri. 3. 5. & 23*

Alius filius Musi stirpis Leui. 1, Chro. 7. 24. & 25.

Mabath *filius Amasai Leuiticæ stirpis, 1. Chro. 7. de filijs Kabath, Leuita tempore Iehisliæ regis, 2. Chronicorum. 29. & 31.*

Maheia *filius Molecheth sororis Gilead, Chro. 8.*

Maheui *gentilitium nomen Eliëlis robusti Dauidis. 1. Chronicorum. 12.*

Mahesioth *filius Hemã cantoris Dauid, 1. Chro. 26.*

Maherai *Netophathites è Serahitis princeps militiæ Dauidis. 2. Reg. 23. 28. 1. chro. 12. 28*

Mahelath *filia Ierimoth, filij Dauidis, uxor Rehabeam regis. 2. Chronicorum. 11.*

Makeda *urbs, in qua quinq; reges in spelunca conclusit*

clusit Iosua, expugnata ciuitate, Iosue. 10. Ipsa fuit in tribu Iuda, Iosue. 15.

Makeheloth alias Mabeloth locus deserti, ubi XXII mansio filiorum Israël, Nume. 33,

Makaz ciuitas fuit, cuius mentio fit, 3. Reg. 4.

Malchisua filius fuit Saulis, 1. Chro. 9. 10. 1. Regum 14. Iosephus lib. 6. cap. 7. Iud. antiqui, á Philistæis casus 1. Reg. 31. 1. Chro. 12

Malchiel filius Briæ, filij Asser, in Aegyptum cum Israële profectus, Gene. 46. 1. Chroni. 8.

Malchiram filius fuit Iechaniæ. 1. Para. 3.

Malchila filius Athni è Leui tribu, 1. Chronico. 7.

Malchia sacerdos, habitauit in Hierusalem. 1. Chronicorum. 10. è filijs Aaron. 1. Chronico. 25 genitor Paschuris Hiere. 21.

Malchila filius Hamelech, apud quem Hieremias fuit captus Hiere. 38.

Malchia fuit Rechab murum urbis Hierusalem restaturat, Nehe. 3.

Malluch filius Hasabia Leuiticæ stirpis. 1. Chroni. 7

Malluch filius Bani, Alius Harim filius alienas uxores repudiant. Esræ. 10 Sacerdos, Nehe. 10.

Malcha filius Scharaim ex uxore Hodes BenIamita 1. Chro. 8.

Mallothi filius Heman cantoris, & uidentis Da- 1. Chronicorum. 26.

Malleahi propheta dei è tribu Zebulon emicuit iuxta

xta Epiphanium, & post liberationem è Babylonico exilio in terra Iudæorū prophetauit, cuius prophetia extat etiamnum. Hieronymus in traditionibus hebr. annotauit Hebræos affirmare Malachiam esse eundem, qui & Esra, uelut etiam supra à nobis relatum est.

Malchia filius Pareos, alienigenam abijcit uxorem, Esræ. 10. Ibidem est alius Harim filius, qui muros urbis Hierosolymitanæ reædificauit, Nehe. 3. 8.

Malchus seruus summi pontificis, cui Petrus in horto dum Christus caperetur, auriculā amputauit, Ioā. 18

Mamre Amorræus fratee germanus Aner & Escol fuit: à quo querceetum propè Hebron in terra Chanaan nomen accepit, affirmante Mose lib. 1, cap. 13. & 14. Et ipse habitauit in lucu Mamre Amorræorū fratris Escol & fratris Aner, & ipsi erant in fœdere Abram. Et idē ca. 13. Et habitauit in querceto Mamre, quod est in Hebron Ioannes Bocatius errat cū Mambre montē esse iuxta Chebrona scribit. Ibi habitauit Isaac, Gene. 35. 49. Ideoq; Mamre ciuitas est eadem quæ Kiriath Arba & Hebron (ut monet Hiero. in hebr. quæst.) ab amico Abrahæ, ita antiquitus appellata, uelut ex Gene. 35. colligitū

Manasse filius Ioseph patriarchæ ex Asnath filia Potipheræ sacerdotis On in Aegypto natus, frater Ephraim fuit: uocabulū ipsius obliuionem significat, eo quod per fœlicitatē obliuio infœlicitatis ipsi Ioseph accesserit, dicebat enim pater: Obliuisci me fecit Deus omniū laborum meorū, & domus patris mei, Gene. 41. & 46.

1. Chro.

1. Chro.6. Huius filij fuerunt Machir primogenitus, pater Gilead, cui in sorte tribuum Israël cessit Gilead & Basan, Iosua 17. Esriel ex Aramia concubina, 1. Chro.8 Abieser, Helek, Asriel, Sechem, Hepher, Semida, Iosua 17. Psalmo.60.108.

Ab hoc tribus Manaßis cognomentum traxit dimidiæ tribus Manasse possessionem Moses dederat in Basan, Nume.32. Deut.3.&.29. et idcirco mediæ quæ superfuerat, dedit Iosua sortem inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalem eius plagam, Iosua.22. Terminus eorum est à Mahanaim uniuersa Basan, totum regnum Og regis Basan, omnes uici Iair, qui sunt in Basan sexaginta oppida.

Dimidia Gilead	Taanach
Astharoth	Megiddo
Edræi	Napheth
Iosua.13.	Emek
Gilead	Iesraël
Michmethath	Iosua.17.
Sechem	Silo
EnThapuah	Iosua.18.19.
Thapuah	Golan in Basan
NahalKana	Iosua.20.
BethSean	Beasthra
Ieblaam	GadRimon
Dor	Iosua.21.
Endor	Baal Hermon

Senir

Senir 1.*Chronico*.6,
Hermon mons
Vide etiam Iosephum *lib*.2.*cap*.5.& *li*.5,*cap*.3. *antiq*. Iudaicarum.

Manasse *alius huius nominis rex Iudæ,alias Her. dictus,Lucæ*.3.*qui matre Hephziba & patre Hiskia re ge.Iudæ,natus est*,1.*Chronicorum*,3.*paterni imperij hæ res,quod anno ætatis duodecimo consecutus est*,4.*Re gum* 21.*Is in Babylone aliquãdiu uixit,tandẽ ex capti uitate libertatus,Hierosolymã redijt,in qua quinquagesimo quinto regni anno diẽ obijt supremũ,Para*.33.*filiũ lustrauit per ignem.sanguinem in noxium fudit multũ, & plurima alia flagitia admisit,ob quæ deus irascebatur populo,Hiere*:25.*hic genuit Amon, Matth.primo.*

Manasse *filius Pahat Moab uxorem alienigenam re pudiauit,Esræ*.10.*Ibidem alius Hesum filius.*

Manoah *pater Simsonis de tribu Dan habitabat in Zarga Iudic*.13.

Manahath *filius Sobal, filij Seir, Gene*.36.1.*Paralipomenon primo.*

Fuit & ciuitatis nomen ad quam BenIamitæ translati fuerunt,quando pro stupro in Leuitæ uxorem gladio corruerunt,1.*Chro*.9.

Manahathitæ *familia tribus Iudæ.cuius fit mentio*,3.*Para*.2.

Manahen *Herodis Tetrarchæ à puero familiaris & collactaneus propheta in Antiochia ciuitate,Acto*.13.

Manuhoth

Manuhoth *regio est secundum Commentatorē Hebræorum in commentario super.1.Para.2.*

Maon *urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15. in cuius deserto Dauid latuit,1.Regum.23.*

Fuit eiusdem nominis filius Samai,1.Para.2.hic fuit pater Bethzur.

Mare magnum,*quod & mediterraneum,terminus est Chananææ terræ ad occidentem,34. Ezech.47 Iosua.1.hoc Exod.23.Palestinorum dicitur.*

Mare rubrum *ad austrū Iudææ à Græcis Erythreū dicitur,autore Pompo. Mela lib.3 Strabone libro.16. Alijs etiam Sinus Persicus & Arabicus,teste Plinio li.6.ca.24. Hebræis dicitur Iam Suph,id est,iunceum,uel cannosum,quia in litore abundant iunci uel cannæ seu caricæ. Alij uolunt quod ex fundo maris illæ prodeant carices.*

Obseruandū etiam quod mare Suph aliquoties sumitur pro mari salso uel mortuo,quod sit carrectosum:Illic iuxta rubrū pelagus septima fuit mansio Israëlitarū, Nume.33.Vide supra Iam Suph,et Hiero.de.42.mãsionib.

Mare rubrum *siccatur.donec Israël pertransierat Exodi.14.Psalm.77.&.105.Iosuæ.2.hoc ad meridiem Iudææ est.*

Mare salsum *Vide iam Hamelech,Gen.14.Hoc idē etiam mare mortuum dicitur,situm ad orientē Iudææ.*

Mare Galilææ *ad aquilonem Iudææ est idem quod mare Tiberiadis,Ioan.6,21.Matth.4.& lacus Genezareth,*

reth, Lucæ.5.& Cinnereth, uelut supra indicauimus: de hoc uide Iosephum lib.5.ca.4.& 5.belli Iudaici.

Marah, id est amaritudo, quinta fuit mansio filiorum Israël in deserto, Nume.33.ubi erant aquæ amaræ, unde & loci nomen Marah, Exod.15. sunt dulcoratæ iactu ligni à Mose in aquas.

Maresa filius Chaleb fratris Ierahmeël, genitor Hebronis, 1.Para.2.

Maresa urbs tribus Iudæ, Iosuæ.15. patria Micheæ prophetæ. Nam inde Moraschites appellatur, Micheæ.1 Hiere.26.1.Chro.4.2.Chro.11.&.20.

Mareala aliàs Medalaa, urbs & limes tribus Sebulon, Iosuæ 19.

Maroth locus est apud Micheam cap.1.

Mared uir de tribu Iudæ, uxorem habuit Bithiam filiam Pharaonis, 1.Para.4.

Marsena fuit unus é septem sapientibus Ahasueri regis Persarum, Ester.1.

Mardachai filius Iair, filij Simæi, filij Kis, filij Iemini, homo Iudæus de tribu BenIamin, habitauit in Susis castro Persidis, uir magnus et excelsus inter primos aulæ regiæ. Erat aūt de eo numero captiuorū, quos transtulerat Nebucad Nezer rex Babylonis de Hierusalē cū Iechania rege Iuda. De quo Ester.2. & sequētibus: hic erat frater Abihail, qui fuit genitor Ester, unde eā mortuo patre in filiam adoptauit. Iste quoq; redux in Iudæam é Babylonia uenit, Esræ.2. Nehe.7. Noluit genua flectere

flectere coram Haman principe, Ester tertio.

Maria filia Heli, qui aliàs Iehoiakim, siue Ioachim mater Domini nostri Iesu Christi filij Dei, Lucæ.1.2.& .3. Matth.1. uirgo illibata, humilis, quæ uirum nunq̃ cognouit, mansit enim perpetuo casta: et licet fuisset Ioseph desponsata, tamen non ex illo, sed spiritusancto fœcundata, concepit & peperit seruatorem mundi.

Alia Maria mater Ioannis, cognomento Marci, apud quam Petrus liberatus è carcere diuertit, Acto.12.

Maria Magdalena de qua septem dæmonia exierant, unà cum alijs pijs mulieribus secuta Christũ à Galilæa, ministrauit ei de facultatibus suis, Luc.8. hæc nõ longe steterat à cruce Iesu, dum crucifigeretur, unà cũ alijs mulieribus, Matth.27, Marci.16.

Maria soror Marthæ Bethaniensis & Lazari. Hæc commendatur à Christo, quod ad pedes eius sedens, audierit uerbum ipsius, Luc.10.

Maria Iacobi parui, pia mulier, quæ secuta Iesum à Galilæa, ministrabat illi de substantia sua: & cum crucifigeretur, unà cum alijs iuxta caluariam stetit, Matth. 27. Marci.15. Hæc eadem & Iosis fuit genitrix, Mar.15 Christum resurgentem uidit, Lucæ.24, Hæc à Ioanne uxor Cleopæ, & soror Mariæ uirginis appellatur, Ioannis capite.19.

Maria Christiana quædam mulier, quæ Romæ habitauit, & Paulo fratribusq; ministrauit fidelißime, unde eam Paulus salutat, Roma.16,

Martha soror Mariæ, eius quæ unxit Dominũ Iesum unguento, sollicita seruiuit Domino, Lucæ.10. Huius fratrem Lazarum mortuum excitauit Christus, Ioan.11.

Marcus indiuiduus Petri comes, sicut Lucas Pauli, Cuius Petrus in epistola sua meminit, dicens. Salutat uos quæ in Babylone est nostræ consors electionis ecclesia, & Marcus filius meus, 1.Petri.5. Euangelion scripsit, quod & Petri dicitur, Huius uitam Hiero. quoq; scripsit. Vide Eusebium lib.2.cap.15. & .16. eccle. hist. Fuit alius Marcus Mariæ filius Hierosolymitanus, Ioannes dictus, discipulus ac comes Pauli & Barnabæ, Actorum.12. & .13.

Marcus consobrinus Barnabæ fuit, cuius meminit Paulus Coloß.4. Timo.4.

Masserephot aquæ calidæ, Iosuæ.11. & .13.

Masal Leuitarum urbs iuxta Carmelum in sorte filiorum Asser, 2. Chao. 7. Iosuæ.21. Miseal appellatur.

Massa in solitudine Arabiæ locus, ubi tentans Dominum Israël, pro potu murmurabat, dicens. Est Deus in nobis an non? Vnde etiam locus à tentando nomen habet, Exod.16. Psal.94. Deute.6. & .9. aliàs Raphidim uocatur. Est quoq; Massa in tribu Beniamin Hiero. in locis hebraicis.

Massa quoq; nomen uiri fuit Hierosolymitani, ut ex 4. Reg.11. licet cognoscere.

Masa Ismaelis fuit filius, Gene.25. 1. Para.1.

Mas siue Mes filius Aram, filij Sem, Gene.10. Mesaneos

neos prouinciam, quæ nunc Arax uocatur ab omnibus condidit, Iosephus lib.1.cap.14.antiq.Iud.testis Hiero. in hebr.quæst. Meones ab hoc traxisse nomē putat, hic 1.Para.1. Masech uocatur.

Masrek *ciuitas Idumææ Samlæ regis regia circa Gabalenem, Gene.36.1.Para.1.*

Mashith *mons fuit extra urbem Hierosolymitanam à perdendo nomen habens, propterea sunt qui partem montis Oliueti fuisse putent, ubi perdebantur sontes atq; facinorosi, 4.Regum, 23.*

Masmanna *Dauidis socius & adiutor è stirpe Gad 1.Chronico.13.*

Matthæus *qui & Leui, filius Alphei ex publicano & Telonario apostolus & euangelista Iesu Christi factus, Matth.9.&.10. Marci.2. Lucæ.5. Acto.1. fertur primus euangelion hebraice conscripsisse.*

Matthias *Christi discipulus, super quem sors cecidit ut adnumeretur duodecim apostolis post pessimā Iudæ mortem, Actorum.1.*

Mattha *Lucæ.3. filius Leui, est Asaria, qui & Vsia rex Iuda, de quo supra.*

Mathan *filius Leui, auus Mariæ deiparæ, Lucæ.3. Alius Matthan filius Eleazar genitor Iacob, auus Ioseph, Matth.1.*

Mathan *sacerdos Baal perimitur, dum Ioas rex Iuda creatur, 4.Reg.11.2.Chro.23. Alius genitor Saphatiæ, Hiere.38.*

Mathathia *filius Amos Israëlitico functus imperio*

in Christi genealogia numeratur à Luca cap.3. Quem Philo Siloa cognominatum scribit. In eodem capite Lucæ, & alius Mathathia filius Semei legitur, quem Philo Elib cognominatum refert.

Matri fuit auus Saulis primi Hebræo. regis, 1. Reg. 10

Mathana ciuitas est iuxta Arnon sita Eusebio, Numeri. 21. ubi Israël suam quoq; locauit mansionem.

Mathania filius Ioakim idem est, qui Zedekia rex Iudæ constitutus à Nebucad Nezar, 4. Reg. 24. ipse rebellauit contra Nebucad Nezar, 4. Reg. 25.

Alius eiusdem nominis è tribu Leui, filius Michæ, 1. Chronicorum. 10.

Alius filius Heman cantoris Dauid, 1. Chro. 26.

Alius Leuita sub Iehiskia rege, 2. Chro. 29.

Mathania filius Elam, uxorem alienã repudiat, Esræ. 10. Alius filius Sathu, & ipse abiecit alienigenã, Esræ. 10. Et tertius filius Pahath Moab, Quartus filius Bani. Alius Leuita in Hierusalem, Nehe. 11. filius Micham, Nehe. 12.

Matred filia Mesahab mater Mehetabeel uxoris Hadad regis Idumæorum, Gene. 36. 1. Para. 1.

Mathithia ex Leuitis primogenitus Sallum Korhitæ, præfectus erat ijs quæ in sartagine frigebantur, 1. Chro. 10. & Psaltes Dauidis, 1. Chro 16. filius Iedithun (Chro. 26.

Mathithia filius Nebo alienigenã uxorem à se separauit, Esræ. 10. Hic Esræ astitit legenti librum legis, Nehe. 8.

Math-

Mathnai *filij* Hasum *uxorem alienam repudiat*, Esræ.10. Nehe.12.
Mathatha *filius quoq;* Hasum *similiter alienigenam abijcit*, Esræ.10. Nehe.12.
Mea *turris est urbis* Hierosolymitanæ, Nehe.3. & .12.
Mea Irkon, *uel* Meiarkon *urbs in tribu* Dan, Iosu.19
Mebunari Husathites Dauidis *fuit robustus*, 2. Regum.23. *Hic aliàs* Sibechai, 1. Chro.12. *dicitur*.
Medba, *uel* Medaba *urbs* Moabitarum, Iosuæ.13. Iesaiæ.15. Hiero. *est urbs* Arabiæ. *Habes de hac etiam* Numeri.21. 1. Chroni.20.
Medad *propheta est, qui* Mosis *tempore floruit*, Numeri.11. *quem* Hieronymus *in quæst.hebr. eundem esse, qui* Ialon, 1. Chro.4. *dicitur, refert*.
Medan *filius* Abrahæ *ex* Ketura, Gene.25. 1. Para.1.
Media *prouincia* Asiæ *ab ortu habet* Caspios & Parthos, *à meridie* Sitacenem & Susianem & Persida, *ab occasu* Adiabenem, *à septentrione* Armeniam, Plinius *autor in*.6. *cap*.26. *Hanc appellatam à* Madai Iaphet *filio, de quo supra*. Iosephus *lib*.1. *cap*.14. *Iud. antiq. refert*. Strabo *uero in*.11. *à* Medo Medeæ *filio*. *De hac* Ptolemeus *lib*.6. *cap*.2. Plinius *lib*.6. *cap*.14. Hiero. *ipsam inter flumina* Indum & Tigrim *collocat*, Hie.25. *Huic prouinciæ attribuit sacra scriptura* Aracusiam, Parthiam, Assyriam, Persidam.
Medorum reges Babyloniam *deuastarũt iuxta prophetiam*, Iesaiæ.13. Hiere.51. Ester.1.

Medatha genitor fuit Haman principis Persarum, Ester tertio.

Megido siue Maggedo ciuitas regni Chanaan, quã Iosua cepit citra Iordanem, Iosuæ.12. tribus Manasse, Iosuæ.17.1.Chro.8.Iudicũ.1.& .5. quam reparauit Salomon,3. Regum.9.

Est alia eiusdẽ nominis inter Ai & mare sita, cuius meminit Iesa.ca.10. ubi exercitus Sennaherib castrameta

Meholab iuxta Tabath locus in Chanaam (tus est quo fugierunt Midianitæ, dum persequerẽtur à Gideone, Iud.7. unde Meholathi, 2.Reg.21.3.Reg.4.

Mehetabeel filia Matred uxor Hadad regis Idumæorum, Gene.36.1. Para.1.

Fuit & Mehetabeel quidam Iudæus, auus Samaia pseudoprophetæ, Nehe.6.

Mehir filius Chalubis de tribu Iuda, hic est pater Eschon,1.Para.4.

Meheli uel Maheli Merari filius, nepos Leui, Exo.6.1.Chronico.7.

Mehira ex Nethinim redux ex Babylonica captiuitate in terram Iuda, Esræ.2. Nehe.7.

Mehuman eunuchus fuit Ahasueri regis Persarũ, Ester primo.

Me Iar kon urbs in tribu Dan, Iosua.19.

Meiamin sacerdos post Babylonicam captiuitatem, Nehemiæ.10.& .12.

Meiamin sacerdos Dauidis tẽpore è nepotibus Aaron,1.Chro.25.

Alius

Alius filius Pareos, qui alienigenam uxorem separauit à se, Esræ 10.
Melchizedek rex Solymæ fuit, qui Abrahæ redeunti à cede quinq; regum, panem & uinum ad refocillandum exercitum protulit, Gene. 14. Heb. 7. Psal. 109. Iosephus libro 7. cap. 12. belli Iudaici.
Melech filius Michæ filij Mephi Boseth é tribu Ben Iamin, 1. Chro. 9. & 10.
Melach proselytus redux in Iudæam, Esræ 2. Neh. 7
Melzar Babylonius ab Aspena præposito Eunuchorum super Danielem, Hananiam, Missaelem, & Asariam constitutus, Danie. 1.
Melatia de Gibeon reparat cum alijs muros Ierusalem, Nehem. 3.
Melchi filius Addi, Lucæ 3. fuit Ioiakim rex Iuda, de quo supra.
Alius Melchi in eadem Christi genealogia numeratur à Luca cap. 3. filius Ianne, auus diuæ Mariæ Christi genitricis.
Melite insula inter Epyrum & Italiam spectans Siciliam ad septentrionē, ad quam Paulus uenit, Act. 28.
Melchiel filius Briæ, filij Asser, aliàs Malchiel, Genesis 46. 1. Chro. 8. unde orta Melchielitarum familia, Nume. 26.
Memphis Aegypti ciuitas est, Hiere. 44. pro qua Hebræus textus habet Noph, Iesaie 19. Ezech. 30. quæ nunc ut Lyranus uult, Damnata appellatur.

Memuchan *sapientum unus Ahasueri Persarũ regis*, Ester 1. *Hic consilium dedit de repudianda Vasthi regina, quod regis imperium neglexisset*, Ioseph. lib. 11. cap 6. *antiquitatũ Iudaicarũ, hunc Nochenũ appellat*.

Menuah *urbs in tribu* BenIamin, *iuxta quam cæsi sunt* BenIamitæ *à filijs* Israël, Iud. 20.

Menahem *filius* Gadi *è* Tirza Sallum *rege Samariæ à se interfecto, regnum arripuit, quo etiam decem annis potitus est*, 4. Reg. 15.

Meni *putant idolum fuisse à mercatoribus ueneratũ, sicut ille* Mercurius *poëticus, ab* Ethnicis *colebatur*, *Cuius meminit* Iesaias *cap*. 65.

Meonothai *filius* Athniëlis *è tribu* Iuda, 1. Para. 4.

Mephaath *uel* Mephet *in tribu* Ruben, Iosua 13. *Leuitis concessa*, Iosuæ 21. 1. Chro. 7.

Mephat *ciuitas* Moabitarum, Hierem. 48.

Mephiboseth *filius* Ionathæ, Saulis *filij, claudus*, 2. Reg. 4. *à* Dauide *susceptus propter fœdus quod habuit cum patre suo* Ionatha, 2. Reg. 9. *Iste alias* Meribaal *dictus*, 1. Chro. 9.

Mephi Boseth *filius fuit* Saulus *ex* Rizpa *concubina quem* Gibeonitæ *suspenderunt*, 2. Reg. 21.

Merom *aqua seu flumen in terra* Chanaan, *iuxta quod gentes conuenerant aduersus* Israëlitas, Iosuæ 11. *in tribu* Naphthali, Iud. 5. *ubi castra posita* Hieronymus *in locis heb*. Merrum *uicum fuisse dicit in* XII *miliario urbis* Sebaste *iuxta* Dothaim.

Merari

Merari *fuit filius Leui filij Israël, Gene. 46. Exod. 6, 1. Para. 7. Inde familia Meraritarum, Numeri 26.*

Meros *urbs Galilææ, Iud. 5. alias flumen, Iosuæ 11. cui urbi maledicitur ab Angelo, Iudic. 5. quod non tulisset auxiliares manus exercitui Israëlis.*

Meriba *in solitudine locus, ubi Israëlitæ contendebant contra Mosen, Exod. 17. Numc. 20. Psal. 95. Aliàs dicitur Me Meriba, uel Merba, id est, aquæ contentionis, Numeri 20.*

Merob *filia fuit primogenita Saulis, 1. Reg. 14. Iosephus lib. 6. cap. 7. antiquitatum Iudaicarum: hæc Dauidi promissa, traditur Adriëli, 1. Reg. 18. hæc 2. Reg. 21 Michal uocatur.*

Merodach Baaladan *rex Babyloniæ, genitus patre Baladan, Iesaiæ 39. Hiere. 50. 4. Regum 20. uocatur Berodach.*

Mered *filius Esra ex tribu Iudæ, 1. Para 4. hunc Mosen fuisse Hierony. in quæstio. heb sentit.*

Meraioth *filius Serahia è tribu Leui, 1. Chroni. 7. Esræ 7.*

Alius filius Achitob, Nehem. 11.

MeriBaal *filius Ionathæ, nepos Saulis, 1. Chron. 9. 10. Mephibosesh aliàs dictus 2. Reg. 4.*

Meraioth *filius Ahitob sacerdotis fuit, 1. Chronicorum 10.*

Meronothi *gentilitium nomen, 1. Chro. 28.*

Meremoth *filius Vriæ sacerdotis post Babyloni-*

cam

cam captiuitatem cōstituitur sacerdos in Hierusalem, Esræ 8. hic restaurat in Hierusalem partem muri, Nehem. 3. & 10. Alius filius Bani, qui uxorem alienigenam repudiauit, Esræ 10.

Merono locus est, unde fuit Iadon, Nehem. 3.

Meraia sacerdos redux in Iudæam post Babylonicam captiuitatem, Nehem. 12.

Meres unus è septem sapientibus Ahasueri regis Persarum, Ester 1.

Mercurius nuncius deorum, iuxta Poëtarū & gentilium figmentum, cui Paulus à Lycaonibus fuit aßimilatus, Actorum 14.

Mercurius quidam fidelis Romæ, quem Apostolus salutauit, Roma. 16.

Mesech siue Mosoch filius fuit Iaphet, Gene. 10. ab hoc Moschini, qui postea Cappadoces, plantati sunt, Iosephus li. 1. cap. 11. Iud. antiqui. autor. De hoc Ezech. 27. 32. 38. Psalm. 120. 1. Paralip. 1. Hieronymus in hebraicis quæstionibus, urbs quædam apud eos adhuc Mazaca dicitur.

Mesa seu Mescha, rex Moabitarum est, 4. Reg. 3. hic filium suum immolauit, Iosephus lib. 9. cap. 3. antiqui.

Mesa primogenitus Chaleb, fratris Ierachmeëlis, hic fuit pater Siph, 1. Paralip. 2.

Alius è tribu BenIamin filius Scharaim, 1. Chro. 9.

Est quoq; Messa regio Indiæ iuxta Hieron. in loc. heb. in qua habitauerunt filij Iaktan, filij Eber. Genes. 10.

Mesahab *mater Matred, Gene.36. 1. Paralip. 1.*

Mesah *qui & Missaël unus puerorum Iuda, ante regem Babyloniorum constitutus, Danie. 1. qui deinde in fornacem igneam coniectus fuit, quia noluit statuam auream adorare, Danie. 3. sed illæsus conseruatus, Lege etiam Iosephum lib. 10. cap. 12. antiq.*

Mesopotamia *maioris Asiæ Syriæq; pars regio est inter Babylonicam & Arabiam, ad leuam Tygridis fluuij, ubi habitauerũt sapiẽtes Babyloniæ autore Strabone lib. 11. & 17. Et Ammiano lib. 23. Mesopotamia est intra amnes Tygridem & Euphratem, à septentrione Tauro excepta, quæ ipso uocabulo græco in medio fluminum esse posita monstratur, est enim μέσος medium, πόταμος flumen, ut indicat Philostratus lib. 1. de uita Apollonij, Pomponi. Mela lib. 1. Plinius lib. 6. cap. 26. Ptole. li. 1. cap. 18. De hac Gene. 28. 48. Act. 7. 1. Chro. 20. Ista Hebræis Aram Naharaim appellatur. Vide supra Aram, Iosua 24. Actor. 7.*

Mesulemeth *filia Harũ de Iatba mater fuit Amon regis Iuda, 4. Reg. 21. Iosephus li. 10. cap. 5. antiq. hanc Maselmis nominat.*

Messilemeth *filius Immer sacerdotij generis, 1. Chronico 10.*

Mesillemoth *genitor Berechiæ, de tribu Ephraim 2. Chron. 28.*

Alius Beniamin, Nehem. 11.

Meselemia *filius Kore è filijs Assaph, genitor Sa-*

chariæ

chariæ custodis tabernaculi testimonij, fuit è stirpe Leui,1.Chroni.10.27.

Mesulam *genitor* Azalia, *auus fuit* Saphan *scribæ, Iosiæ* 4.Reg.20.

Alius Mesullam *Leuita, de quo* Esræ 10.

Alius tribus BenIamim, *filius* Elpaad,1.Chro.9.

Alius è tribu Gad,1.Chro.6.

Alius Leuita *sub* Iosia *rege*,2.Chro.24.

Mesullam *filius* Serubabel *redux ex* Babylonica *captiuitate in terram* Iuda, 1 Chro.3. Esræ 8.Nehem. 8. *uidetur is esse, qui* Ressa, Lucæ 3, *appellatur. Sunt qui eum putant fuisse* Abiud, *de quo* Matt.1.

Mesullam *filius* Sephatia *è stirpe* BenIamin, *habitauit in* Hierusalē *post captiuitatē* Babylonicā, 1.Chr.10. *Alius filius* Ioëd, Nehem.11.

Alius è tribu Leuit. *filius* Zadoch *sacerdotis*,1.Chr.10

Alius eiusdem stirpis & nominis filius Meßimeleth, *filij* Immer,1.Chro.10.

Alius Bani *filius, hic alienigenam uxorem repudiauit*, Esræ 10.

Alius Mesullā *filius* Berechia, *filij* Mesesabeel, *qui unà cum alijs murum* Hierosolymitanum *reædificat*, Nehemiæ.3.

Alius filius Besodia *ædificauit portam ueterem in* Hierusalem, Nehem.3.& 10.

Meßias *uel* Meschiah Hebræis, Χριστός Græcis, *unctus* Latinis *est* Iesus Christus, Dominus & *seruator*

noster, qui factus est nobis à deo sapientia, iustitia & sanctificatio, & redemptio, 1. Cor. 1. olim sanctis patribus promissus, Gen. 22. & in plenitudine temporis assumpta carne, è uirgine natus, Gala. 4. unctus oleo leticiæ, Psalm. 45. Iesa. 61. sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Psalm. 210. Filius Dauid, cuius regni non est finis, Iesaia 9. Luc. 1. Vnde recte Christus appellatur, quia ipse sacerdos & rex est, intercedens pro nobis, & defendens ab omnibus inimicis nostris.

Mesobab *uir fuit è tribu Simeonis, cuius fit mentio, 1. Chron. 5.*

Mesia *prouincia Asiæ, nunc Aeolis dicta, quam Paulus adnauigauit, Actor. 16.*

Est autem & altera eiusdem nominis iuxta Danubium flumen. Suntq; autores, qui dicant transisse ex Europa Mesas & Brigas et Hunos, à quibus appellantur in Asia Mysi, Phryges & Bythinij.

Messesabeel *genitor Berechiæ sacerdotis, Nehemiæ 3, & 10.*

Alius filius Serah, filij Iuda. De quo Nehem. 11.

Methusael *siue Mathusael, filius fuit Mahuiaëlis nepotis Kain, Gene. 4. Iosephus lib. 1. cap. 4. Iud. antiq.*

Methusalah *siue Mathusalem filius Henoch, uixit annis 969. Gene. 5. 1. Para. 1. & genuit Lamech.*

Methar *limes Sebulonis tribus est, iuxta Iosua 19.*

Meunitæ *sunt gentes contra quos Vsia rex pugnauit 2. Chr. 26. nostra latina trãslatio habet Ammonitas*

Meunim ex Nethinim redux in terram Iuda è captiuitate Babylonica reuersus est, Esræ.2. Nehe.7.

Meusal loci nomen apud Ezechielem cap. 37.

Mibzar ciuitas est principum Idumææ, Gene.36.1. Para.1. De qua Hieronymus in locis hebr. usq; ad præsentem diem uicus grandis in regione Gabalene, & appellatur Mabsara ad urbem Petram pertinens.

Mibsam Ismaëlis filius, Gene.25. & 1. Para.1. Fuit eiusdē nominis filius Sallū è stirpe Simeōis, 1. Chr.5

Mibehar filius Hagri robustus fuit Dauidis, 1. Chroni.12. hic est Bani. 2. Reg.23. iuxta Hieronymum in quæstionibus hebraicis.

Michmethath aliàs Machmeath urbs in tribu Ephraim, Iosue.16. & terminus tribus Manasse, Iosu.17

Micha adolescēs Iudæus, habitauit in monte Ephraim, habuit Idolum, Iudi.17.

Alius è tribu Ruben filius Simei, 1. Chro.6.

Micha est Michæas propheta, patre Iemla natus, 3. Reg, 22. de Marescha: unde Morasthi dictus est, tempore Ahas, Iothan et Hiskia regum Iuda floruit, Michææ 1. Hiere.26. 2. Chro.8.

Fuit eiusdem nominis filius Mephiboset, 2. Regum.9. 1. Chronicorum.9. & 10.

Michaia filia Vriel de Gibea, mater Abiam regis Iuda, 2. Para.13. aliàs Maecha uocatur, 2. Regum.15. & 2. Paralipo.11.

Micha Leuita in Hierusalem post Babylonicam captiuita-

ptiuitatem, Nehemiæ.10. filius Sabdi, Nehemiæ.11.

Micha Leuiticæ tribus filius fuit Sichri,1.Chro.10. Alius eiusdem stirpis, filius Vsielis, filij Kabat,1. Chronicorum.24. & .25.

Michmas siue Machmas, quondã oppidum tribus Ephraim, terminus ad australem plagam, locus terræ Chanaan à Hierusalẽ distans nouem milibus iuxta Rama, inter Hai & Mageddo, in tribu BenIamin, ubi Sennacherib recensuit exercitum suum, Iesaiæ.10, ubi Philistijm castrametati sunt contra Israël,1.Regum.13.Esræ.2. Nehemiæ.7.&.11.

Michal siue Michol, filia fuit Saulis,1.Reg.14.Iosephus lib.6.cap.7.Iud.antiq. Dauidi in uxorem tradita 1.Reg.18. Hæc postea Phalti filio Lais de Gallim collocata,1.Reg.25. Ipsa Dauidem saltantem coram arca fœderis spreuit,2.Samuëlis.6.1.Chro.16. Hiero. in hebr. quæst. hanc eandem esse, quæ Egla,2.Reg.3. dicitur, & partu Iethream edendo occubuisse memorat,2.Reg.6.

Michaia filius Gemariæ, filij Saphan, Hiere.36. pater Achbor amici Iosiæ regis,4. Regũ.22. De hoc etiã Hieremiæ.36.

Alius princeps Iosaphat emissus cum legis doctoribus 2. Chronico.17.

Alius filius Sachur, Nehe.12.

Michael uir Hebræus de tribu Gad filius Iesisai,1. Chronicorum sexto.

Alius eiusdẽ nominis de Leuitica stirpe, filius Maeseiæ, 1.Chro.7.

Fuit Michael quidam etiam è stirpe Isaschar filius Isra hia, 1. Chro. 8. & 28.
Alius è tribu BenIamin, filius Briæ, 1. Chro. 9.
Alius de stirpe Manasse, Dauidis adiutor, 1. Chro. 13.
Alias è stirpe Asser, genitor Sthur exploratoris, Nu. 13.
Alius filius Iosaphat frater Ioram, 2. Chro. 21.
Fuit etiam Michael unus principum filiorum Israël in Perside, siue angelorũ, qui Danieli astitit, Danielis. 10.
Alius archangelus, qui cum Diabolo de corpore Mosi disceptauit, sicut indicat epistola Iudæ apostoli.

Michri uir habitans in Hierusalem de tribu BenIa- mitica, 1. Chro. 10.

Midian filius Abrahæ ex Ketura uxore, filios genu- it Epha, Epher, Hamoch, Abida & Eldaa, Gene. 25. 1. Chronico. primo.

Midian regio & ciuitas, quære supra in Madian.

Middin siue Meddim, urbs in tribu Iuda, Iosuæ. 15.

MagdalEl alias Magdihel urbs in tribu Nephthali Iosuæ. 19. Hiero. in locis hebr. testatur paruum uicum in buinco miliario Dore pergentibus Ptolemaidem.

MigdalGal uel Madalgad locus in tribu Iuda, Iosuæ. 15.

Migdol aliàs Magdalum locus in deserto, ubi castrametati sunt Israëlitæ, antequã transissent mare rubrum, Nume. 33. Exo. 14. Hiere. cap. 44. urbem Aegypti esse tradit, in qua Iudæi Babyloniorum impetum declinantes habitarint.

Migron urbs, quam Sennacherib pertransijt oppugnatu-

gnaturus Israël, Iesaiæ.10. iuxta Bethaniā, alias Marci.
Mikloth de tribu BenIamin, filius Ieiel patris Gibeonis, 1. Chro.9, & .10.
Fuit quoq; princeps militiæ Dauidis, 1. Chro.28.
Mikneia psaltes et ianitor tabernaculi, Dauidis tēpore, 1. Chro.16.
Milca aliàs Melcha filia Zelaphehad è tribu Manasse, Iosuæ.17. Nume.26.27.
Milca siue Melcha uxor Nahor, filia Haran, soror Loth & Saræ, Gene.11. Iose.lib.1.cap.14. antiq. Iud. genuit marito octo filios Vz primogenitū, & Bus fratrē eius, & Chamuel patrem Syrorum, & Cesed & Haso, Pheldao quoq; & Iedlaff ac Bethuel, Gene.22.
Milcom seu Melchom Ammonitarū deus fuit, quoniam secutus est Salomon, 3. Reg.11. quem postea demolitus est Iosias, 4. Reg.23. De eodem Amos.1. Sopho.1. hic alias Molech appellatur, ut infra habebis.
Millo aliàs Mello urbs terræ Chanaā in tribu Ephraim, cuius ciues abimelech regem sibi constituerunt, Iudicum.9. Ab hoc loco Dauid cœpit munire terram, 2. Reg.5. Salomon hanc reparauit, 3. Regum.9.11. & .4. Regum.12. 2. Chro.32.
Miletus ciuitas in Asia maritima, decē stadijs ab hostio Meādri annis secreta, ubi Paulus Ephesiorū episcopos alloquitur, Acto.20. De qua etiā Ezechiel. Est eiusdē nominis insula nō ignobilis in mari Aegeo uel Ionio.
Milalai Leuita quidam post Babylonicam captiui=

tatem in Hierusalem, Nehemiæ duodecimo.

Minni *regio est, cuius meminit Hiere.cap.51. His uerbis. Prædicate cõtra eam regnis Ararat, Minni et Asecenas. Et Dauid Psal.68. Venient pingues ex Aegypto Et Psal.45. Pupra templis eboris Minni, id est, ex terra Minni exportatis, quem locum nobis Iosephus Chaldeus Psalterij interpres ita reddidit. Super pallatijs quæ exculpta sunt ex ebore de terra Minni, lætificabunt te Ezech.27. quoq; Minnith fit mentio, quamuis alij pro hoc appellatiuum sur retulerint.*

Minnith *urbs Ammonitarum, iuxta quam Iephtah percußit Ammonitus, Iud.11. Habes eiusdem mentionē Ezech.27. Hiero. in ecloga tradit Mannith uillam in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam.*

Miniamin *sacerdos in Hierusalem post Babylonicā captiuitatem, Nehe.12.*

Miniamin *Leuitæ sub rege Iehiskia, 2. Chro.31.*

Miplezeth *idolum fuit, quod quidam putant fuisse Priapum, cui consecratus erat lucus, 3. Reg.15. 2. Para. 15. in quo libidinabantur Codesim, id est leon es.*

MirIam *filia Esra è tribu Iudæ, 1 Para.4. Alia MirIam prophetes Aaronis & Mosis soror, Exo.6.16. Nume.12.26. 1. Chro.7. quæ tympano et cantico benedixit Deum cœli post exitum maris rubri, & Aegyptiorum submersionē, Exo.12. oblocuta Mosi lepra percutitur, Nume.12. Hæc mortua fuit in solitudine Zin, Nume.20*

Mirma *filius Seharaim ex Hodes uxore tribus BenIamin, 1. Chro.9.*

Myra *Lyciæ prouinciæ ciuitas, cuius Lucas meminit Acto.27. Plinius lib.5.cap.27.natura.histo.*

Mispe *in terra Moabitarum ciuitas est, ad quā Dauid fugiens cum domo sua aliquādiu illic mansit,1.Regum.22.2. Chro.20,*

Mispat *fons Iudicij est, Gene.14. aliàs Kades.*

Mispa *urbs in Gilead, Iosuæ.11. in tribu BenIamin, Iosuæ.18, ubi filij Israël congregati sunt contra filios Amon, Iud.10. Vbi etiam Samuel conuocabat filios Israël iudicans eos.1.Reg.7. & nouū regem Saul filium Cis declarauit,1.Reg.10.ubi quoq; Iephthath dux Israëlis habitauit, Iudi.11. & ubi cōuenit uniuersus Israël ad ulciscendum scelus BenIamitarum, Iud.20.Nehe.3.*

Mispa *ciuitas est in tribu Iuda iuxta Cariathiarim,1. Reg.7. Iosua.15.*

Mispar *redux è Babylonica captiuitate in terram Iuda, Esræ.2. aliàs Mispereth dictus, Nehe,7.*

Misma *filia Ismaelis, Gene.25.1. Parali.1. & habuit Mibsam eiusdē nominis filiū è tribu Simeonis,1.Chro.5*

Miseal *aliàs Messal & Masan urbs in tribu Asser, Iosuæ.19. Leuitis tradita, Iosuæ.21 1.Chro.7. Masal appellatur.*

Misraim *Hebræis dicitur Aegyptus à Mizraim filio Ham, qui occupator terræ & primus inhabitator fuit, ubi mansit eius posteritas, Gene,10. alius dicta Mersin uelut scribit Iosephus lib.1.cap.12.antiq. & Hiero. in heb.quæst. Filij Mizraim, filij Ham fuerunt Ludim, Pa*

 thrusim

thrusim, Enamim, Leabim, Casluhim, Napthuhim, de quibus egreßi sunt Philistim & Caphthorim, Gene.10. 1. Chronicorum.1.

Misrephoth Maim, *id est, adustiones aquarum locus est (ut Aurigallo placet) ubi excoquunt aquam ad ignem, refrigerendoq; salem faciunt, Hebræorũ cõmentator super Iosuam scribit Misrephoth Salinæ sunt, ubi aqua maris trahitur ad fossas, ad hunc usum factas, & sole siccatur, Iosuæ.11. & .13.*

Misa *filius Reguelis, filij Esau ex Basmath uxore, Genesis.36.1. Para.1. princeps Idumæorum.*

Misrai *ex tri. Iuda in Kiriath Iearim familia, 1. Pa.2*

Miseam *filius Elpaad stirpis BenIamin, 1. Chroni.9.*

Misael *nepos Leui, filius fuit Vsielis, Exo.6. Leui.10*

Missael *qui et Mesach, puer bonæ indolis è Iuda, Danie.1. Alius de quo Nehe.8.*

Mispereth *aliàs Mispar redux è captiuitate Babylonica in terram Iuda, Esræ.2. Nehe.7.*

Mysia *Asiæ prouincia, postea Aeolis appellata, Plinio lib.5. cap.30. naturalis histo. & Pompo. Mela in.1. Ptolemæo libro.5. cap.9. & .10. Huius Lucas Actorum 16. meminit.*

Mizpa, *id est, speculum seu uisio (ein wart) ubi Gedalia fuit occisus, 4. Regum.25. fit huius etiam mentio 2 Chro.16. Hoseæ.5,*

Mithka *uel Met cha XXV. fuit mansio filiorũ Israël in solitudine, Nume.33.*

Myti

Mytilenæ *insula contra Asiam, quæ à proximo continenti abest quinquaginta septem milia passus, ad quā Paulus naue appulit, Acto.20.*

Mitherdat *siue Mithridates thesaurarius fuit Cores regis Persarum, de quo Esræ.1. Iosephus lib.11. capite.1. antiq. Iudaicarum.*

Mitherdtah *hostis Iudæorum, præfectus Samariæ Iudæos contra Arthah sastha rege Persarum accusauit Esræ quarto.*

Mithel *proselytus redux in Iudæam, Esræ.2. ex captiuitate, Nehe.7.*

Mizpe *uel Masepha locus in tribu Iuda, Iosuæ.15. quam ædificauit Assa rex, 3. Regum.15.*

Mizobaia *inter fortes Dauidis censetur, 1. Chro.12.*

Mizhar *montis nomen est iuxta Iordanem in terra Basan, ubi præter spem Iudæis subueniebat Deus cōtra Amorræos, Psalmo.42.*

Manason *Cyprius antiquus discipulus Domini, hospes Pauli apostoli, Acto.21.*

Moab *filius fuit Loth, ex filia natu grandiore, sic appellatus, quasi dicas, à patre filius, quemadmodū Mose lib.1. cap.19. & Iosephus in.1. ca.19. antiq. Iud. indicāt. Ab isto orti sunt Moabitæ, qui uallem Syriæ Iosepho et Arabiæ portionē tenuerunt. Isti cum Ammonitis falso accusarunt filios Israël, Iudi.11. opulenti extiterūt sicut ex propheta Hieremia ca. 48. colligitur, & Ezechiele 25. Eos oppugnauit Saul primus Hebræorum rex, 1.*

Samue.14. Dauid fecit tributarios, 2. Reg. 8. 1. Chro. 18.
Moab regnum filiorum Loth ad orientem Iudææ situm, proximum mari mortuo & Iordani, Deut. 2.
Est præterea etiam Moab urbs Arabiæ, quæ alias ut Eusebius refert Areopolis dicitur, à filio Loth appellationem, & urbs atq; regio acceperunt,
Moab horruisse à facie filiorum Israël legis in quarto Mose cap. 22.
Prophetiam contra Moab, habes Iesaiæ. 15, Hiere. 48. Amos. 2. Zepha. 2. Psal. 60. 108.

Vrbes uero quas possederunt Moabitæ, sunt hæ quæ sequuntur.

Cades Barnea	Iaeser
Dibon	Ramath Mizpe
Bamoth Baal	Betonim
Medba	Mahanaim
Hesbon	Debir
Beth Baal Meon	Beth Haran
Iahzauel	Beth Nymra
Iahaz	Succoth
Iesaiæ. 16.	Zaphon
Kedemoth	Astharoth
Mephaath	Edrei
Kiriathaim	Iosuæ. 13.
Sibama	Ar
Zerethha Sahar	Kir
Emek	Baith

Beth

Beth Peor	Nebo
Aſſedoth ſub Piſga	Eleale
Beth Ieſimoth	Madmenna
Zoar	Holon
Tubuh	
Horonaim	Diblathaim
Nimrim	Beth Gamul
Eglaim	Kirioth
Elim	Bozra
Dimon	Hieremiæ 48.

Sela Kir Hareſeth Kirhares, Ieſaiæ 16.

Moadia *ſacerdos fuit poſt Babylonicam captiuitatem Nehem.12.*

Mochona *urbs, in qua filij Iuda poſt captiuitatem Babylonicam habitarunt, Nehem.11.*

Molada *uel Meloda urbs tribus Iudæ, Ioſuæ 15. Nehem.11. Eſt quoq; Molada urbs tribus Simeonis, Ioſuæ 19.1.Chron.5.*

Molech *idolum filiorum Ammon fuit, cuius imago concaua fuerat habens ſeptem cõclauia, Vnum aperiebant ſimilæ offerendæ, aliud turturibus, tertiũ oui, quartum arieti, quintum uitulo, ſextũ boui, qui uero uolebat offerre filium, huic aperiebatur ſeptimum cubiculũ. Et facies huius Idoli ut facies uituli, manus plane diſpoſitæ ad recipiendũ ab aſtantibus, & ſaltabant interim quo puer in idolo ſuccenſo igne cremabat̃, pcutientes tympana ne pueri eiulatus audiretur. Salomon hoc ſimulachrum*

chrum adoraſſe,3.Re.11.legis.idem Iudæos coluiſſe ſan-ctus Stephanus probat Acto.7.ex Amos 5.Solitos ue-ro ipſi immolari filios cõtra præceptũ dei, Leui.18.& 20. Videre licet 4.Reg.23.2.Chro.33. Hiere.32.Pſalm. 106.Idem aliàs Milcom appellatum fuit,

Molid filius fuit Abiſur ex Abihail,1.Para.2.

Molechet ſoror Gilead filij Machir,1.Chro.8.

Moria,hoc eſt uiſio,mons eſt à latere montis Zionis, in quo Abraham filium ſuum Iſaac imolare uoluit ad dei præceptum,Gene.22. in quo poſtea Salomon tem-plum domino iuxta aream Aranenæ Iebuſæi ædificauit 2.Chro.3.de quo Ioſephus lib.1. cap.22.antiqui.Iud.& Hierony. in traditio.hebraicis.

More collis excelſus in terra Chanaan,ubi Midiani-tæ ſuum habuerunt exercitũ Iudic.7.Eſt quoq; querce-tum,cuius mẽtio fit,Gen.12.Deut.11.Vide AlonMore.

Moraſchi patria Micheæ prophetæ, Hiere.26.uide ſupra Mareſa & Micheæ 1. Hierony. in locis heb. ui-cum dicit contra orientem Eleutheropoleos.

Moſſeroth uel Moſera XXVII fuit manſio filio-rum Iſraël in eremo,Nume.33.morte & ſepulchro A-haronis inſignis,Deute.10.

Moſe patre Amram,matre uero Iocebed genitus,ex aquas in quas erat à matre piectus,Thermuta Pharao-nis filia extraxit,unde & nomen ab extrahendo,Exo. 2.& 6.eſt ſortitus. Quẽ cum nõ aliter,ac ſi filius eſſet educaſſet,in clariſsimum Hebrææ gentis ducem euaſit,

Pſal.

Psal.77.99.Heb.11. Eruditus omni sapientia Aegyptiorum, potẽs in factis dictisq́;, habitauit in domo Pharaonis XL.*annis,Acto.7.*Edito *pentateucho,mortuus est in Abarim monte,*Num.27.*in terra Moabitarũ in ualle sepultus contra domũ Peor, Deute.32. & 34.annos* CXX *natus. Tumulus eius ubi locorũ sit ignoratur,nõ caligauit oculus eius,nec dentes moti sunt, Deute.34. Iosua 24. Mich. 6. Malach. 4. Nume.26.1.Chro.7.24.* Hierony.*in quæst.heb.eundem quoq; Mered,1,Chro.4. appellatũ scribit, hic Mose etiã mitißimus omniũ hominum fuit,qui morabãtur in terra,& in omni domo dei fidelis,Num.12.Heb.3.Populum Israël duxit ex Aegypto per desertũ,Act.7.Heb.11.Ipse ex Zipora filia Reguelis sacerdotis Midian uxore sua genuit Gerson, & Eliesfer,Exo.2.et 18. Habuit præterea & Aethiopissam uxorem, Nume.12. quam Iosephus lib.2.cap.10.antiq. Iud. Tharbim filiam regis Aethiopũ nominatã refert.*

Moth *uel Moph,Memphis Aegypti ciuitas:quam,ut refert Eusebius,Epaphus filius Io,cum in Aegypto feliciter imperium administrasset,cõdidit, Osea 9.Ezech. 30.In quibusdam exemplaribus Noth legitur.*

Moza *aliàs Amopha, urbs tribus BenIamin, Iosua 18. Fuit quoq; de genere Saul filius Simri è tribu BenIamin,1.Chro.9.10.*

Moza *filius Chaleb ex Epha concubina,1.Para.2.*

Mupim *filius BenIamin in Aegyptum cum Israële profectus,Gene,46.*

Musi *filius Merari, filij Leui, Exod.6.1.Chronic.7. & 24.25. Vnde Musitarũ familia orta, Num.3.& 26.*

N

NAam *filius Chaleb, filij Iephune, 1. Paralip.4.*
Naama *siue Neama, urbs in tribu Iuda Iosuæ 15.*
Naaratha *aliàs Noaratha urbs in tribu Ephraim, Iosuæ 36.*
Naalkana *urbs in tribu Ephraim, Iosua 16. & Iosuæ 17.*
Est etiam fluuius, qui ab arundinibus, quibus abundat, nomen accepit.
Nabal *diues uir in Carmelo, prudentem habens uxorem Abigail: Hic Dauidi negauit uictum, 1.Reg,25. fuit de genere Caleb, dicitũ stultus Hebræa lingua, Fuit quoque unus Ziphæorũ de ciuitate Maon, ebrius malusq;, teste Ioseph.li.6 ca.13.Iudai.anti. Hiero.in quæst.heb. hunc & Gasen filium Haran filij Caleb unum scribit.*
Naboth *Iezraëlites integer homo & prophèta negans Ahab regi uineam, ab Iezabele mulierum peste lapidari præcipitur, 3.Reg.21. Ioseph.lib.8.cap.14.anti. Aegesippus li.5.cap.32.*
Nachal Escol, *id est torrens botri, locus terræ Chanaan, unde palmitem cum uua sua exploratores detulerant, Numeri 13.*

Nachon, *qui 1.Para.14.Chidon in huius area percussus est Vsa, q; tetigisset arcam domini, 2.Reg. 6. Iosephus lib 7. cap.4. antiquitatum Iudaicarum.*

Nadab *filius Aaronis é tribu Leui, Exod.6.24. & 28.Nume.26.1.Chro.7.25. alienũ ignem offerens igne absumitur, Leui.10.Nume.3.& 26.*

Alius de stirpe BenIamin, filius Gibeonis,1. chro.9.frater Kis aui Saul,1.Chro.10.

Nadab *Ierobami filius rex Israëlitarum flagitiosissimus,3.Reg.14. Hic tandem à Baesa altero regni sui anno obtruncatus est,3.Reg.15.*

Alius eiusdem nominis filius Samai,1.Para.2.

Naemi *siue Noemis, uxor fuit Elimelech, Ruth.1.Iosephus lib.5.ca.14.Iud.anti. Significat autem Noemis lingua Hebraica felicitatẽ, siue dulcedinem, uelut belle uides Ruth 1.*

Naema *siue Noema, ut septuaginta habent, filia Lemech soror Tubalkaim, Gene.4. Iosephus lib.1.cap.4. antiquitatum iudaicarum.*

Eiusdem nominis est uxor Salomonis, mater Rehabeam regis Iudæ Ammonitis,3.Reg.14.2.Chro.12.

Naera *uxor Athuris, de tribu Iudæ, quæ peperit ei filios,1.Para.4.*

Naeran *locus in tribu Ephraim, cuius meminit lib. 1. Para.8.*

Naeman *princeps militiæ regis Syriæ, uir fortis, diues, sed leprosus, ad Helisæum ueniens, locus septies*

iordane mundatur, 4. Reg. 5. Lucæ. 4.

Naeman BenIamini filius in Aegyptum cum Israël descendit Gene. 46. qui 1. Chron. 9. Noha iuxta Hieronymum appellatur.

Fuit eiusdem nominis filius Belæ, filij BenIamin, 1. Chr. 9. Vnde Naemitarum familia, Nume. 26.

Naerai filius Asbai robustus Dauidis fuit, 1. Chro. 12. aliàs Paerai appellatur, 2. Samu. 23.

Naemath regionis nomen, unde fuit Zophar ipsius Hiob amicus, Hiob 2.

Nagath Leuita fuit sub Iehiskia rege, 2. Chro. 31.

Nahas rex fuit Ammonitarũ, qui oppugnauit Iabes in Gilead, & à Saul superatus fuit, 1. Regum 11. At 2. Reg. 10. 17. de morte eis agitur, similiter 2. Chro. 20.

Nahas alius à superiore fuit pater Abigail sororis Dauidis & ZeruIa, 2 Reg. 17. Hieronym. in heb. quæst. hunc eundem esse qui Isai Dauidis pater sentit: idq; ex 1. Chro. 2. colligitur, & 2. Samue. 17.

Nahas genitor Sobi in Rabbath Ammonitarum 2. Regum 17.

Nahas ciuitas est secundum authorẽ Paralipomenon 1. Para. 4. Hieron. quidẽ Bethlehem esse putat à Nahas id est Isai, Dauidis genitore appellatam.

Naharai Beerothites, armiger Ioab, & fortis Dauidis, 2. Reg. 23. 1. Chron. 12.

Nahebi filius Vaphsi tribus Naphthali, explorator terræ Chananææ à Mose præmissus, Nume. 13.

Nahemani *redux è captiuitate Babylonica in Iudæam, Nehem.7.*

Nahalal *aliàs Naalol, urbs in tribu filiorum Sebulon Iosuæ 19. Leuitis concessa, Iosuæ 12. Iudic.1.*

Nahesson *siue Naasson in exitu ex Aegypto princeps filiorum Iuda, patrem habuit Aminadab, Nume. 1.2.7.& 10, Ruth 4.1.Para.2. Matth.1. Sororem uero Elisceba, uxorem Aaronis, Exod.6. filium autem Salma Luc.3. Ipse in deserto perijt.*

Nahor *uel Nachor, filius Serug, auus Abrahæ, genuit Tharah patrem Abrahæ, Gene.11.1.Para.1, Iosephus li.1.cap.14.Iud ant.uixit annis 119.*

Est & alius Nahor, filius Tharah, frater Abrahæ, Ge. 11.Ios.24. nepos superioris Nahor, Hic multos habuit filios, Vz primogenitũ, Bus fratrem eius, Chamuelem, Cesed, Haso, Pildas, Iedlaph, Bethuelem. Istos octo ex Milca suscepit. At Rehuma concubina eius peperit ipsi Thebah, Gaham, Thahas, & Maacha, Gene.22.

Nahaliel *locus est, ubi Israëlitæ castra fixerunt. Eusebio teste, Nume.21.*

Nahum *propheta fuit, quem nobis Elkos ciuitas tulit, Vnde Elkosites dicitur, Nahum 1. hunc perhibent fuisse ante regis Aßyriorum aduentum, qui populũ Israel captiuum in suam regionem transtulerat.*

Alius Nahum à Luca cap. 3. in Christi genealogia recensetur, filius Hesli, quem Philo Iudæus principem populi & Maslot cognominatum scribit.

Nahath

Nahath filius Reguel filij Esau, Gene.36. 1.Para.1. princeps Idumaeorum.

Alius eiusdem nominis filius Elkanae, de tribu Leui 1. Chronico 7.

Naham filius Caleb, pater & dominus Kegila è tribu Iudae, 1.Para.4.

Naia filius Bani alienigenam uxorem suum repudiauit. Esrae 10.

Naim oppidum Galilaeae inxta montem Thabor, in quo Christus filium uiduae excitauit à mortuis, Luc.7.

Naioth locus est in monte Ephraim iuxta Ramatha, quo Dauid fugit ad Samuelem, declinans iracundiam, Saulis 1.Reg.19.

Nange filius Maath à Luca cap.3. inter Christi Iesu auos numeratur. Philo Iudaeus hunc populi ducem & Artaxat cognominatum fuisse tradit.

Napheth siue Nopheth urbs tribus Manasse, in finibus Isaschar & Asser, Iosuae 17.

Naphthali filius Iacob patriarchae ex Bilha ancilla hic à conuertendo seu comparando nomen habet, dixerat enim mater eius, Mutationes dei hae sunt, quod res mutata est inter me & sororem meam, & ego inualui. Gene.30. In Mesopotamia natus, Gene.35. Filij huius erant Iahzeel, Guni, Iezer, & Sillem, Gene.46. Iosephus lib.2. antiqui. Iudaica. cap.7.

Hic tribui Naphthali nomenclaturam imposuit, de qua sic scripsit Iosephus lib 5. cap. 3. antiquitatum. Partes ad

ad orientem conuersas, usq; ad Damascum ciuitatem, & Galilaeam superiorem Naphtalitae sumpserunt, usq; ad montem Libanum fontesq; Iordanis, quorũ fluctus de montibus est collectus. Lege Iosua 19. Ezechiel 48. & Iosephum ut supra.

Limites atque urbes huius tribus Nephtali

Fuerunt sequentes.

Heleph	*Kedes*
Elon	*Edrei*
Zaanaim	*EnHazor*
AdamiNekeb	*Iercon*
IabneEl	*MigdalElharem*
Lakum	*BethAnath*
AsnothThabor	*BethSames*
Hukok	*Iosua 19.*
Zidimzer	*HamothDor*
HamathRakath	*Karthan aliàs*
chinnareth	*Kiriathaim*
Adama	*Iosuae 21.*
Rama	*1.Chro.7.*
Hazor	

Napthuhim *filius Mizraim, filij Ham, Genes.10. Ioseph.lib.1. cap.12.antiq.Iud.1.Para.1.*

Naphis *Ismaelis filius, Gene.25.1.Para.1.Naphes.1. Naphei filij eius contra Rubenitas dimicant, 1.Chr.6.*

Narcissus *fidelis homo & Euangelij fautor, quem Paulus una cum familiaribus suis salutat, Roma.16.*

Nathan *filius Dauid ex BathSeba filia Sua filia Ammiel, frater Salomonis natus Hierosolymis, 2. Reg. 5. et 1. Chro. 3. Zacha. 12. Iosephus lib. 7. cap. 3. antiq. Iudai. per hunc Lucas capit. 3. genealogiam Christi deducit. Abischar, id est frater principis appellatus. Institutus enim erat ut deficiente Salomonis stirpe, familia eius in regno succederet. Hic non fuit propheta, de quo postea, nec adoptatus à Dauid in ius filiorum: uerũ huius posteritatẽ ius regni manebat, idq; ex edicto Dauidis, si quando Salomonis stirpe intercidisset, id quod colligere licet ex libro Regum 3. capi. 4. & Philone Iudæo, nempe quod Nathan Abischar institutus fuerit, hoc est regiæ stirpis instaurator, sic enim & illic appellatur filius Nathan, quem Abischar Lucas uocat Mathan. Huius partes erant uniuersam familiam regiam moderari, & ob id ius, dicebantur Mathitim Hebræis, id est, donati ad succedendũ & Abischarim, id est, fratres principum, quia in pari honore cum regum filijs habebantur. Ad hos pertinebat tribus BenIamin, cum ad posteritatem Salomonis, sola domus Iuda pertineret. Ex hisce Dauidicæ posteritatis instauratoribus primus ortus est Eli, qui & Eliakim, Simeon & Ioas, de quo supra dictum, & 4. Reg. 11. legitur, & Iosephus lib. 7. capit. 3. antiq. de eodem Nathan.*

Nathan *propheta, qui Dauidis ac Salomonis gesta scripsit, quæ desiderantur, 2. Reg. 12. 3. Reg. 1. 2. Chro. 9. Huius filius fuit Sabud, 3. Reg. 4. 1. Chron. 30. Hunc*

Nathan, Hier o. in heb. quæst. & Ionathan dictum affirmat filium scilicet Simea fratris David.
Alius redux ex captiuitate Babylonica, Esræ 8.
Nathan filius Athai fuit è stirpe Iuda, 1. Chro. 2.
Nathon urbs in tribu Sebulon, Iosuæ 19.
Nathaneel filius Zuar princeps tribus Isaschar, de quo Nume. 1. 2. 7.
Nathaneel doctor legis & uerus Israëlita à Christo nuncupatus, discipulus Iesu, Ioan. 1. Hic erat à Chana Galilææ, fuitq; cum discipulis Simone Petro, Thoma & filijs Zebedæi cum Christus à resurrectione manifestaret se illis iuxta mare Tiberiadis, Ioan. 12.
Nazareth uiculus Galilææ iuxta montem Thabor, unde & dominus noster Iesus Christus Nazarenus uocatus est, Matt. 2. & 21. Lucæ 1. & 4.
Nea limes Zabuloniæ est tribus, teste Iosua cap. 19.
Nearia filius Semaiæ, 1. Para. 3.
Alius filius Iesei è tribu Simeonis, 1. Chro. 5.
Neapolis ciuitas Cariæ, quæ Asiæ prouintia est, quam Paulus in Macedoniã, Troade proficiscens, pertransiuit, Acto. 16.
Nebaioth Ismaelis filius primogenitus, 1. Parali. 1. à quo omnis regio ab Euphrate ad mare rubrum usq; hodie Nabatena, quæ pars Arabiæ est, dicitur, auctor Iosephus lib. 1. cap. 21. antiq. Hiero. in quæst. heb. Habes de illo, Genes. 25. Iesa. 60. ipse fuit frater Basmath uxoris Esau, Gene. 36.

Nathinei
Nethinim

Nebo urbs est & mons terræ Moabitarũ supra Iordanem contra Hierichuntem ciuitatem, in sorte tribus Rubeniæ, Nume.32. & 1.Chro.6. Iesaiæ 15. Hiere.48. Cuius mentionem habes etiam Esræ 2. Nehe.7. In ipso monte mortuus est Mose, hic alias Abarim appellatur, Deute.32. & supra à nobis adnotatum est. Lege si lubet Hieronymum in ecloga.

Fuit eiusdem nominis princeps regis Babylonicorum, Hieremiæ 39.

Fuit præterea huius nominis idolum, de quo Iesaiæ 45.

Nebo Iudæus, cuius filij alienigenas uxores suas repudiauerunt, Esræ 10.

Nebet siue Nabath genitor fuit Ierobeami regis Israëlitarum, 3.Regum.11. 2.Paralip.9. Hieronymus in hebraicis quæstionibus. hunc dicit esse Simei, qui maledixit Dauidi, 2. Regum 16.

NebucadNezar rex Babyloniorum Iuda & Hierusalem captiuas abduxit, templum domini spoliauit et uasa transtulit in Babyloniam, 4.Regum 24. & 25. 1. Chro.7. 2.Chro.36. Esræ 1. & 5. Ezech.30. Hierem.21. & 25. Danie.1. & 4. Ioseph.lib.10.cap.12. Iudai.antiq. Hic ab Iesaia exactor, baculus impiorum, uirga dominantium, Iesaiæ 14. appellatur. Ipse septennio inter feras egit, & fœnum ut bos commedit, Danie.4. Huius filium Euilmerodach fuisse ferunt, nepotẽ Bilschazar. Hic Nabuchodonosor (sic enim LXX interpretes Iosephus & alij hunc regem appellant) regnauit annos

XXXV

XXXV. *Filius uero eius cui idē nominis erat*, XLV *annis rexit in Babylone. Qua de re lege Ioseph.lib.10. Iuda. antiqui.cap.7.12.& 13. & Berosum lib.3.historie Chaldæorum.*

Nebusar Adan *princeps exercitus & seruus regis Babyloniorum, abduxit Iudæos in Babylonem,4. Regum 25.Hiere.39.& 52.*

Nebusasban *princeps fuit Nebucad Nezar regis Babyloniorum, Hiere.39.*

Neballad *ciuitas in qua post Babylonicam captiuitatem habuerunt filij BenIamin,Nehem.11.*

Necho *seu Pharao Necho rex Aegyptiorum castra posuit ad Euphraten fluuium,ut contra Medos & Babylonios dimicaret,quē uolens prohibere Iosia rex Iuda,perit in prælio,4.Reg.23. Ioseph.lib.10.cap.6.antiquitatum Iudaicarum 2. Chro.35.*

Nedabia *filius fuit Iechaniæ, 1.Para.3.*

Negiel *urbs in tribu Asser,Iosuæ 19.*

Nehemias *.i.consolatio dei, pater Hachalia regis Artaxerxis pincerna fuit,Nehe.1.dux terræ Iuda,Nehemiæ 5. aliàs dictus Hathirsatha, Nehe.8. Hic è Babylonica captiuitate in terram Iudææ cum alijs rediјt, Esræ 2 Iosephus lib.11.cap.5.antiq.Iud.*

Nehemia *filius Asbuk ædificat in reparatione murorum in Hierusalem,Nehem.3.*

Nehusthan *ænei serpentis nomen, quem Mose in deserto erexerat,Nume.21. & Iehiskia rex Iuda cōfre-*

git,4.Reg.18.sic dictus quod esset aheneus ex ære metallo fabrefactus.
Nehustha filia Elnathan de Ierusalem mater Ioiachim regis Iuda,4.Reg.24.
Nehalemites dictus fuit Semeia propheta falsus, de quo Hiere.29.
Nehum alias Rehum redux è captiuitate Babylonica,Esræ 2.Nehem.7.
Nekeb ciuitas et terminus tribus Naphthali,Iosu.19.
Nekuda ex Nethinim redux post captiuitatem Babylonicam,Esræ 2.Nehem.7.
Neboda proselytus redux ex Babylonico exilio, Esræ 2.Nehem.7.
Nemuel qui etiam Iemuel,Simeonis filius,Gen.46 1.Par.5.Vnde Nemuelitarum familia,Nume.26,
Alius Nemuel filius Eliab, de tribu Ruben, frater Dathan & Abiron seditiosorum,Nume.26.
Nepheg filius Dauidis natus in Hierusalem,2. Regum 5.1. Para.3.14.
Fuit eiusdum nominis filius Iezear Leuitæ frater seditiosi Korah & Sichri.Exodi 6.
Nephtoah fons aquæ in tribu BenIamin, Iosuæ 15. & 18.
Nephussim ex Nethinim redux in terram Iudæ post captiuitatem Babylonicam,Esræ 2.Nehem.7.
Ner filius Abiel de tribu BenIamin 1.Chro.9.et 10.patruus fuit Saulis Hebræorum regis,frater Kis, parens
Abneri

Abneri principis militiæ Saulis,1. Reg.14. Iosephus libro 6. cap.7.Iud.antiq.

Ner *filius* Melchi, *Luca* 3. *est* Ioachim *seu* Iechonias, *qui & Chonenia rex Iuda, de quo sic scripsit* Philo Iudeus. *Euilmerodach rex* Babylonis *eductum* Ioachim *è carcere in honore habuit, eumq; populus* Ner *cognominauit quod lucerna* Dauid *(Ner enim lumē significat) quæ timebatur extincta, illuxisset. Cui liberato à deo datus est filius* Mesezebeel *cognomento* Sealthiel, *qui genuit* Barachiama *ducatu (populi enim dux fuit)* Zerubabel *dictum.*

Nergel *idolum fuit uirorum* Chuth, *siue* Chuthenorum, 4.Reg.17.

Est etiam princeps Babylonicus *eiusdem nominis apud* Hieremiam *cap.* 39. *Ibidem alius appellatur* Nergal-Sarezer.

Neria *genitor* Baruch *prophetæ filius fuit* Maasiæ, Hieremiæ.32.*&* cap.51.

Nereus *quidam* Romæ *discipulus quem* Paulus *salutat*, Roma.16.

Nethaneel *filius fuit* Isai, *frater* Dauidis, 1.Para.2. *Alius psaltes* Dauidis, 1.Chr.16. *pater* Simeiæ, 1.Chro. 25. *ianitor templi*, 1.Chro.27.

Alius princeps Iosaphat *cum legis doctoribus emissus*, 2. Chro.17.

Alius princeps Leuitarum *sub* Iosia, 2.Chron.35.

Alius filius Zuar *princeps tribus* Isaschar, Nu.1.2.7.

Nethaneel *filius Pashur sacerdotis, repudiat alienigenam uxorem, Esræ 10.*

Alius filius Iedaia, Nehem. 12.

Nethinim *id est Nathinæi sunt Leuitæ quibus negotium erat datum, ut Hierosolymitanis sacerdotibus necessaria suppeditarent, à porrigendo & largiendo nomen habent, quod ultro se obtulissent in sacrũ ministerium & cultum dei, ubi tabernaculũ dei atq; arca testamenti inter sacerdotes fuerat. In Ophel quæ est turris Hierosolymitana, habitarunt, Esræ 2. Nehem. 3. & 8. De illis quoq; 1. Paralip. 9. Hiernym. in hebraicis quæst. & Lyranus hos Gabaonitas putant, quod hij ad seruiendum in templo domini dati sint à Iosua, Iosua 9. Horum plurimi manserant in Casphia, Esræ 8. Nehem. 7.*

Netopha. *unde Netophatites, 2. Reg. 23. 4. Reg. 25. locus est apud Ezram, cap. 2. 1. Chro. 2. 10. 21. Nehe. 7.*

Nethan Melech *eunuchus fuit in Parbarim, 4. Regum 23.*

Nethania *filius Elisama pater fuit Ismaelis occisoris Gedaliæ, 4. Reg. 25. Hieremi. 40.*

Alius eiusdem nominis è tribu Leui, filius Assaph cantoris Dauid, 1. Chron. 26.

Alius Leuita à Iosaphat regi Iuda ad docendam legem emissus, 2. Chro. 17.

Alius filius Selemia filij Chusi, Hierem. 36.

Neubai *primas Iudæorum post Babylonicam captiuitatem, Nehem. 10.*

Nezib siue Nesib urbs in tribu Iuda, Iosue. 15.

Neziah ex Nethinim fuit, Esra. 2. Nehe. 7.

Nibsan aliàs Nebsan urbs in tribu Iuda, Iosua. 15.

Nibehas aliàs Nibchaz seu Neboas, fuit idolũ Awa siue Eueorum, de quo. 4. Reg. 17.

Nicodemus homo ex Pharisæis, princeps Iudæorum, occultus Iesu discipulus, qui noctu Dominum accessit, Ioan. 3. Hic sepeliuit unà cum Ioseph Christum, Ioannis cap. 19.

Nicanor é septem diaconibus unus, uir pius & prudens, Actorum. 6.

Nicolaus proselytus Antiachenus, et ipse fuit unus é septem diaconibus, Acto. 6. Hunc Nicolaum beatus Hieronymus aduersus Luciferanos numerat inter eos, qui apostolorum temporibus hæreses excitarint. Idem Hieronymus ad Ctesiphontem, cõtra Pelaganos, et ad Sabinianum eius meminit. De hoc quoq; Augustinus li. de hæresibus, Eusebius lib. 3, cap. 29. eccle. histo. Apoc. 2. Nicolaitarum fit mentio.

Nicopolis ciuitas est Thratiæ Histro flumini imminens, Theophylacto autore, ubi etiã Paulus fuit, Titũ. 3

Niger Simon propheta Antiochensis, De quo Actorum decimotertio.

Nympha fidelis & pius homo. De quo Paulus hisce uerbis meminit: Salutate fratres qui sunt Laodiceæ & Nympham, & quæ in domo eius est, ecclesiam, Colossenses quarto.

Nimrim uel Nimra urbs Moabitarum in terra Galaad ad ſeptentrionalem plagã Zoaræ, meminit Ieſaiæ 16. Hiere. 48. Nume. 32. ultra Iordanem. Nunc uicus eſt nomine Benamerium, Hiero. in locis hebr.

Nimrod, id eſt, rebellis, potens, & primus tyrannus Babyloniorum, filius Chus, filij Ham, robuſtos uenator. Hic Babylonicos condidit, Gene. 10. 1. Para. 1. Ioſephus lib. 1. cap. 9. & 12. antiq. Iudaicarum, Micheas ca. 5. terram Nimrod uocat Babyloniam. Hunc quidã eum eſſe referunt, quem poëtæ Saturnum appellant.

Nimiſi genitor Iehu regis Iſraël, 3. Regum. 19. & 4. Regum nono.

Niniuen urbem Aſsyriorum, potentiſsimã ampliſsimamq́; Aſur filius Sem ædificauit, Gene. 10. Ioſephus li. 1. ca. 14. antiq. hæc Euſebio in Chronicis Niſibis, Hiero. in quæſt. hebr. Ninum quoq; dicta eſt, à Nino Beli filio. In hac ipſa Ionas prædicauit, Ionæ. 2. & 3. Matth. 12. Zepha. 2. In hac Sanherib rex Aſſur à filijs ſuis Adramelech & SarEtzer in templo Niſroch peremptus fuit Ieſaiæ. 37. Nahum. 1. 2. & 3. Scribit idem Hiero, in ecloga, aliam quoq; eſſe Niniuem, Iudæorũ ciuitatem in angulo Arabiæ, quam Neneuem uocent.

Niphlim gigantes fuerunt ante diluuium in terra, Geneſis ſexto.

Niſroch ſeu Neſrach, idolum fuit Niniuitarũ, quod adorauit Sanherib rex Aſsyriorum, 4. Reg. 19. interemptus in eius templo à filijs ſuis, Ieſaiæ. 37.

Nissi altare fuit, quod Mose ædificauerat, quãdo contra Amalek pugnatum fuit à populo Israëlitico in deserto, dicens: quia bellum erit Domino contra Amalek per manum sub protectione Dei à generatione in generationem, Exo.17. Aræ nomen fuit Adonai Nißi, id est, Dominus refugiũ uel protectio, siue uexillũ in altum leuatũ.

No ciuitas, Ezech. 30. Hiere. 46. Nahum. 3. est in litore Aegyptij maris, iuxta Mareotim lacum, quæ postea (ut Hieronymus in Epitaphio Paulæ memorat) Alexandria ab Alexandro Macedone conditore dicta est, cui concordant Ionathan Chaldæus, & latinæ tralationis autor. Hi enim ubiq; pro No Alexandriã uerterũt. At Septuagintaduo Interpretes in Nahum χοϛδὴν in Ezechiele uero nonnunquam διόσπολιν, nonnunquã μεμφὶν transtulerunt. Huius Alexandriæ reges, autore Iosepho li.7. antiq. Iud. ca.6. Ptolemæi dicti sunt.

Noah, id est, requies, filius Lamech, uir pius & fidelis, Gene.5. & 6. Iosephus lib.1. cap.5. antiq. Iud. præco iusticiæ, 2. Petri. 2. tres habuit filios Sem, Ham, & Iaphet, cum quibus ingressus est arcam, à se Dei imperio ædificatam, quam Deus omne genus humanum diluuio perderet, ipse cum filijs & uxore filiorumq; uxoribus seruatus est: uir agricola fuit, & primus uini culturam inuenit (ex gentibus historici hunc Ianum appellant) Gene.7. uixit annis 950. Genesis.9.1. Paralipo.1. Huius meminit etiam Iesaias capite.54. Ezechiel capite.14. Hebræorum.11.

Noa

Noa filia Zelaphedad é tribu Manasse, Iosue.17. Numeri 26.27.36.

Noadia filius Benui, Leuita fuit post captiuitatē Babylonicam, Esræ.8.

Fuit & Noadia quidam, falsus propheta, Nehe.6.

Nobah siue Nobe, aliàs Knath, urbs in terra Chanaan tribus Manaßis, ubi exercitus Sebah & Zalmuna regum Midianitarum à Gideone cæsus est, Iud.8. à Nobah nomen habens, qui fuit Manasse proles, quemadmodum legis Nume.32.

Nobe quoq; ciuitas sacerdotalis in tribu BenIamin, ubi arca testamenti fuerat aliquādiu, & Abimelech sacerdos, ad quam fugit Dauid, & edit panes propositionis, 1.Reg.21. hanc postea incendit Saul, 1.Reg.22. Iosephus lib.6.cap.13. Iudai. antiq. Iesaiæ.10.

Nob ciuitas est in terra Palestinæ, ubi Iesbi gigas Dauidem uolebat percutere, 2.Reg.21. Nehe.11. scribitur filios tribus BenIamin in ea habitasse.

Nod regiuncula est ultra Eden, quo fugit Kain homicida, Gene.4. Iosephe lib.1.cap.4. Iudaica. antiquitatū dicitur Naida,

Nodab filius Ismaëlis, cuius filius cū Ietur, Naphes Ismaëlitis contra Rubenitas dimicarunt, 1. Chroni.6. Hiero. in quæst. hebr. hunc Kedina, de quo Genesis.25. fuisse sentit.

Noga filius Dauidis, genitus ipsi Hierosolymis, 1.Paralipo.3.&.14.

Noha filius fuit BenIamin,1.Chro.9.quem Hieronymus in quæst.hebr. Naama, Gene.46.appellatū scribit.
Nopha ciuitas Amorræorum est, cuius fit mentio Numeri.21.
Noph est Aegypti ciuitas apud Hieremiā ca.2.et.44 forsan Memphis, de qua etiam Ezechiel.30. Iesaiæ.19.
Nun filius Elisamæ è tribu Ephraim, genitor, Iosiæ ducis Israëlitici populi,1.Chro.8. De quo etiam Exod. 33.Nume.11.Deut.1.&.34.Iosua.1.

O

OAd filius Simeonis, Exodi.6.quære infra Ohad.
Obab Cinæus, affinis siue socer Mosis, Iudi.4.filius Reguelis Midianitæ, Nume. 10. Hic Exo.2.Reguel. At Exo.3.&.18.Ietro uocatur.
Obal filius Iaktan, Gene.10.&.1.Para.1.Iosephus libro.1.cap.14.antiq.
Obadia filius Arnan,1. Para.3.
Alius eiusdem nominis filius Iesrahia è tribu Isuschar, 1.Chronico.8.
Alius è stirpe Leui, filius Semaia,1.Chro.10.
Obadia aliàs Abadia dictus, filius fuit Azel stirpis BenIamin,1.Chro.10.
Alius stirpis Gad, socius Dauidis,1.Chro.15,
Alius è Sebulonis prosapia, genitor Iesmaia ducis sub Dauide,1.Chro.28.

Alius

Alius princeps Iosaphat cum cæteris emissus ad legem docendam,2.Chro.17.

Obadia Leuita é filijs Merari sub Iosia rege 2.Chronicorum.34.

Alius filius Iehiel ex filijs Ioab,redux in Iudæam è Babylonica captiuitate,Esræ.8.

Obadia sacerdos in Hierusalem post Babylonicum exilium,Nehe.10.& 12.

Obed filius fuit Boas ex Ruth Moabitide,auus Dauidis,genitor Isai,Ruth.4.1.Para.2.Matth.1.Lucæ.3.

Alius fuit filius Ephlal,1.Para.2.

Alius ex fortibus Dauid,1.Chro.12.

Obed filius Samaia ianitoris templi,1.Chro.27.

Alius genitor Asariæ centurionis,2.Chro.23.

ObedEdom gentilis de Gath Philistæorum proselytus,ad quem arca per Dauidem reducta , ubi tribus mensibus mansit,2.Reg.6,1.Para,14.Iosephus li.7.ca.4.antiq.Iud.hic Dei benedictione diues factus est.Nicolaus Lyranus super 2.Para.9.hunc ObedEdom genere fuisse Leuitam,& habitasse in Gad Philistæorũ,& inde dictum Gathæum.Hierony.in hebr.quæst.ideo Gethæum uocatũ refert,quod pater eius in Geth habitauerit.

Alius eiusdem nominis filius Iedithun è tribu Leui, & à Dauide in psaltem & ianitorem tabernaculi constitutus,1.Chro.16,17.27.

Obid Ismaëlita præfect us camelorũ Dauidis,1.Chronicorum,28.

Oboth *locus solitudinis, ubi erat* XXXVII. *mansio filiorum Israël in deserto, cum ex Aegypto in Chananaeam regionem proficiscerentur*, Nume. 21. & 33.

Odeth *Propheta, qui tempore regis Achas floruit*, 2 Para. 28. *Dictus est etiam Asaria filius* Oded, & Oded quoq; 2. Chro. 15. Hiero. *in quaest. hebr. hunc* Oded Iedo *di fuisse putat ad Ierobeam missum*, 3. Reg. 13.

Odollam *urbs est terrae Chanaan (forte in tribu Iudae, quae aliàs* Adullam *dicitur) ad quam Iudas filius Iacob descendit, & Suae filiam accepit uxorem*, Gen. 38; Hiero. *in locis heb. uicũ non paruũ ad orientẽ* Eleutheropoleôs *in decimo miliario hoc nomine uocari scribit*

Og *rex* Basan, *quae est Amorraeorũ regio, de reliquijs* Raphaim, *habitauit in* Astharoth, & *in* Edrei, Iosuę. 2 12. & 13. & *dominatus est in monte* Hermon & *in* Salcha, *atq; in uniuersa* Basan, *usq; ad terminos* Gessuri, & Maachathi *dimidiaeq; partis* Gilead, Iosua 12. Deut. 1. *hunc Israël duce Mose occidit*, Nume. 21. Deutero. 3. 27. 29. Psalmo. 135. *huius regnum haereditate accepertũt filij* Gad & Ruben, *dimidiaq; tribus* Manasse, Numeri 32. Deut. 29. & 31. Iosua. 12. *Huius lectus ferreus monstratur in* Rabath *filiorum* Amon, *nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensurã cubiti uirilis manus*, Deute. 3. Nehe. 9.

Ohad *filius* Simron, *qui cum Israële in Aegyptũ profectus est*, Gene. 46. Exodi. 6. *Hic aliàs* Iarib, 1. Chronicorum. 3. *uocatur.*

Obel

Ohel filius Zerababelis, de quo legis, 1. Para. 3.

Oliuetum mons ad orientem Hierosolymæ, Zach. 14. torrente Cedron interfluitur, Hieronymus super Acta, Lucas Acto. 1. Oliuetum montem iter sabbati à Hierosolymis abesse scribit, hoc est, mille passus. In hũc montem Christus post ultimam cœnam egressus est, & captus à Iudæorum ministris, Matth. 26. In eo Christus docebat discipulos suos, antequam cœlum ascenderet, Actorum primo.

Olympa Romanus quidam discipulus à Paulo salutatus, Romano. 16.

Omar filius Eliphas, filij Esau, Gene. 36. 1. Parali. 1. princeps Idumæorum.

On, Gen. 41. uel An ant Auen, Ezech. 30. Thebæ urbs Aegypti, quæ secundũ Hierony. & Septuaginta interpretes græco nomine ἡλιόπωλις dicitur, id est, ciuitas solis, condita priusq̃ Iacob Aegyptũ ingrederetur: Habuit enim Potiphera sacerdotũ socerũ Iosephi, Gen. 46

On filius Peleth, de filijs Ruben: qui unà cum alijs seditiosis cõtra Mosen surrexit, & à terra absorptus est Numeri. 16.

Onam filius Ataræ ex Ierahmeële marito, filio Hezrom, 1. Para. 12.

Onan filius Iudæ nequam coram Domino, semen fudit in terram, ne liberi fratris nomine nascerẽtur è Thamar, Gene. 38. mortuus est in terra Chanaan, Gen. 46. Nume. 26. 1. Parali. 2 Hic est qui aliàs Hur dicitur, 1. Chro.

Chro.2.Hieronymo monente in hebraicis quæstionibus

Onam filius fuit Sobal ducis Horræorũ in terra Seir Gene.36.1.Para.1,

Onesimus fidus ac dilectu Pauli apostoli,frater in Domino,quem cum Tychico Roma ad Colossenses mi sit,Coloß.4.Hic seruus Philemonis fuit.

Onesiphorus pius homo,qui unà cum familia sua Paulo & fratribus ministrauit,2.Timo.1.& .4.

Ono ciuitas Samariæ,cuius conditorem,1.Para.liber cap.8.docet fuisse quendam Samet nomine,Nehem.11. vallis Ono,quæ non procul à Hierosolyma distat,men tionem facit,1.Chro.8.& Esræ 2.Nehe.7.

Oolibama ciuitas principum Edom, Vide suprà Ahalibama.

Ophel turris est Hierosolymæ,non procul à templo Nathinæorum habitatio,Nehe.3.2.Chro.33.

Ophir filius Iaktan,qui cum liberis suis Gangem In diæ flumen,& terram illi proximam possedit,Gen.10. 1.Para.1.Iosephus lib.1.cap.14.antiq.Iud.Inde Ophira regio Indiæ,quæ ut refert Iosephus lib.8.cap.6.Iud.an tiq.etiam aurea terra nuncupatur. Vnde aurũ Ophiri zum,quod est preciosißimum,allatum est Salomoni,3. Reg.9.et.10.2.Chro.8. Dictim aurum Obrizum quasi Ophirizum,Hiob.28, Iesa.13

Oreb mons est in solitudine,qui idem etiam Sinai di citur,Exo.17.Vide supra Horeb,& Psal.106.

Oreb princeps Midianitarum cæsus in petra Oreb,

Iudicum.7.Iesaiæ.10.Psalmo.83.id est coruus.

Oren *filius Ierahmeëlis, filij Hezronis,1.Para.2.*

Ornan *seu Orphni Iebusæus fuit, qui,2.Reg,24. & 1.Para.21.Aranena uocatur,à quo Dauid Arcam comparauit,ubi postea templum extructum fuit à Salomone,teste Iosepho lib.7.cap.13.Iudai.antiq.*

Osias *rex Iuda, Matth.1.est qui in Biblijs Vsia atq; Asaria dicitur.*

Ozai,*id est,uidens siue uisio mea,2.Chro.33.*

Ozem *siue Azam filius fuit Isai frater Dauidis,1. Pa.2.*

Ozem *alius filius Ierahmeëlis nepos Hezronis,1.Para.2.*

P

Padan Aram *cãpestris Syria est, quæ græco nocabulo μεσοποταμία dicitur, Gene.28.&.25.Vide supra Aram.*

Padon *ex Nethinim post Babylonicam fuerat captiuitatem,Esræ.2. Nehe.7.*

Pareai de Arbi *inter Dauidis robustos recensetur 2.Reg.23.aliàs Naerai,Hiero.in hebr.quæst.autore dictus,1.Chro.11.*

Pagu *seu Pau uel Pai ciuitas Idumææ quondã regis Hadad regia in Gabalitica regione, Gene.36.1 Para.1.*

Pagiel *filius Achran, princeps militiæ tribus Asser, Nume.1.&.7.*

Pahath *Moab unà cum alijs in terrã Iuda è Babylonica captiuitate rediјt,Esræ,2. Nehe.3.7.&.8. eius filij alieni=*

allenigenas uxores repudiarunt, Esræ.10. Nehe.10.

Palal *filius Vsai ædificauit muros in Hierusalē, Neh.3*

Pallu *siue Phalech, ut uocat eum Iosephus lib.2.cap. 7.antiq. filius fuit Ruben, qui cum Israële in Aegyptū profectus est, Gene.46.1. Para.6. Exodi.6. A quo familia Palluitarum, Numeri.26. Huius filius fuit Eliab, de quo supra.*

Palti *patria Helez robusti Dauidis, 2.Reg.23.1.Chronico.12. dicitur Peloni.*

Alius Palti filius Raphu ē tribu BenIamin, explorator terræ Chanaan à Mose præmissus, Nume.13.

Palestina *est ea Syriæ regio, quæ hebræis dicitur Philistijm, ad mare mediterraneū pertingens, sita ad occidentē Iudææ, autor est Iosephus lib.1, Iud.antiq.cap.12. De hac Pompo.Melan 1.Plinius in 5.ca.12.& 13.Psal. 87.& Amos 1.& 9. Hæc habet oppida, Gath, Ekron, Asdod, Askelon, Gazam, Iosua.13. Gerar, Cæsareā, Lydden, Ioppen, Esthaol, Zarea Thimnata, Appolloniam, Pellam, Antipatridem, Iabne, Iamniam.*

Palmarum *ciuitatem Iericho esse tradunt, quod palmetis abundet, Deute.34. Iudi.1. Vide Iosephum lib.5. cap.4. de bello Iudaico.*

Palthiel *filius Asan, princeps tribus Isaschar in sorte promissæ terræ, Nume.34.*

Pamphylia *prouincia Asiæ, ab ortu Ciliciam habet ab occasu Lyciam & Asiæ minoris partem, à Septentrione Galatiā et Cappadotiā, à meridie mediterraneū*

quod illic Pamphilij maris nomen habet. Tota Tauri expatiantis iugis septa. De hac Ptole. lib. 5. Plinius lib. 5. cap, 27. Pompo. Mela in, 1. In hac sita est urbs Perge cuius meminit Lucas Acto. 13. & Mela lib. 1. Volater. lib. 10. hanc etiam Mosopiam appellatam scribit.

Panneas ciuitas Phœnitiæ aliàs Cæsarea Philippi uocatur, quære supra in Cæsarea, & Iosephum lib. 18. ca. 5. antiq. Eusebium lib, 7. cap, 13. eccle. histo.

Pannag loci nomen apud Ezechielem cap. 27. latini interpretes, pro hoc Balsamum transtulerunt.

Papar Damasci flumen est, ueluti legis 4, Reg. 5.

Paphus Cypri est ciuitas Veneri quondam sacra, in qua ante nuptias puellæ dotem quæsituræ in honorē Veneris in litore se prostituerunt, ut scribit Iustinus lib. 18 & Lactan. Firmianus lib. 1. ca. 16. De hac Pompo. Mela lib. 2. Strabo in. 14. Plinius in. 5. ca. 31. hæc frequenti terræmotu lapsa, nunc ruinarū tantum uestigijs quid olim fuerit ostendit, hæc Hiero. In hac urbe Bariesu siue Elimas magus Paulo & Barnabæ restitit, Acto. 13.

Paradisum Amœnissimū fuisse locum in Eden plaga, quæ ad ortum solis est posita, inde colligitur quod Mose scribat flumen ex ipso egredi, de quo maxima quatuor flumina deriuētur Pison, qui Ganges, Gihon, ipse est Nilus, Tigris & Euphrates, & quod Deus in eo frugiferas arbores uisu saporeq; delectabiles plantauerit, Gene. 2. Atq; eiecto, ob præcepti diuini præuaricationē, homine Cherubim cum flammeo gladio ad custodiendū

cum

eum collocauerit, Gene. 3. Extitisse uero florentē amœnumq́; hortum seu locum, uides Gene. 13. Iesaiæ. 51. Ezechi. 28, & 31. Canti. 4. Iste hortus quandoq; pro spirituali beatorū loco trāssumitur, Lucæ. 23. 2. Corinth. 12. Apocα. 2. quemadmodū etiam terra promißionis, Sion, Hierusalem, aliaq́; multa loca in scripturis usurpantur pro regno cœlorum.

Parees redux è captiuitate Babylonica in Iudæā, Esræ. 2. Nehe. 7. & 10.

Pareos Iudæus, cuius filij redierunt quoq; ex Babylonico exilio, Esræ. 8. & repudiarunt alienigenas uxores Esræ decimo.

Parez habitauit in Hierusalem post Babylonicum exilium, Nehemiæ. 11.

Parsandatha filius Hamau hostis Iudæorum, à Iudæis interfectus, Ester. 9,

Paratha filius Haman principis Persarum, Iudæorū hostis, à Iudæis perimitur, Ester. 9.

Parmastha filius Haman, Iudæorū hostis, à Iudæis cesus, Ester. 9,

Paran siue Pharan generale nomen est deserti Saracenorū, trans Arabiam contra australem plagam, per quod Israël perrexit, transiens ex Aegypto in terram Chanaan duce Mose, in quo sunt multa loca determinata XVIII, scilicet mansiones, quarum una est Hazeroth, Nume. 10. 12. 13. accipitur Paran pro prima parte deserti Arabiæ, prope montem Sinai. At Deut. 1. pro ul

ulma parte uersus terram promißionis. Et Asseroth est in medio, Gene. 14. & 21.

Est etiam paran mons Sinai contiguus, cuius meminit Aabac. 4. Deut. 33. Martinus Lutherus in Abac. ca. 4. Paran inquit mons est Arabiæ, qui ab austro, id est, meridie attingit Iudæam. In huius deserto quoq; Dauid fuit in persecutione, 1. Reg. 25. 3. Reg 11. Ex hoc deserto Mose emisit duodecim exploratores ad terræ Chanaã inspectionem, Nume. 13. In hac solitudine habitauit Ismael, Gene. 21. Vide Hiero. in. 14. mansionibus.

Para ciuitas est, quã sors tribui Beniamin dedit, Ios. 18.

Pareuaim uel Parwarim ciuitas est, cuius fit mẽtio (4. Reg. 23.

Paryuaim aurum, 2. Chro. 3.

Paras Persis est ad orientem Iudææ sita, alta cincta montibus regio, quæ à septentrione Mediam, ab occasu Susianum, ab oriente duas Carmanias, ab austro partẽ Persia sinus habet, autor Volater. lib. 12. Ezech. 27. 38. Esræ. 4. Ester primo.

Paruha genitor Iosaphat præfecti Salomonis, 3. Re. 4.

Parbar portam fuisse templi Hierosolymitani ex, 1. Chronico. 27. conijcere licet.

Parthia Asiæ minoris est regio circa Persas inter flumen Indum, & Arios populos ab oriente, & Tygrim atq; Mediam ab occasu sita à meridie terminatur deserto Carmaniæ, ab aquilone Hircania, teste Plinio lib. 6. cap. 25. Ptole. lib. 6. ca. 5. De illis Iustinus lib. 41. Strabo in 15. Habes eius mentionem Acto. 2.

Parnach *pater Elizaphan principis stirpis Sebulon. Numeri. 34.*

Parmena *pius & prudens homo electus à discipulis in diaconum, Acto. 6.*

Pashur *filius Immer, sacerdos & princeps in domo Domini, impiorũ sacerdotum dux impius, percussit Hieremiam, & in neruum cõijcit: Ideo Hieremias mox prædicit ipsi captiuitatem suam, Hiere. 20. cui ob pauorem mutauit nomen propheta, et appellauit eum Magor ibi dem, hic in exilio perijt.*

Fuit & Pashur sacerdos, qui cum alijs è captiuitate Babylonica redijt in Iudæam, Esræ. 2. Nehe. 7. 10.

Pashur *filius Malchia sacerdos in Hierusalem post Babylonicam captiuitatem, 1. Chro. 10. De hoc etiã Hiere. 21. & 38. Nehe. 11. Huius filij alienigenas uxores repudiant, Esræ. 10.*

Pas Damin *locus est, cuius meminit hisce uerbis liber Para. Ipse fuit cum Dauid in Pas Damin,*

Passeah *filius Esthon de tribu Iudæ, 1. Para. 4.*

Alius ex Nethinim redux in terram Iuda ex Babylonico exilio, Esræ. 2. Neae. 7.

Alius genitor Ioiada, Nehe. 3.

Passach *filius Iaphet è stirpe Asseris, 1. Chro. 8.*

Patroba *discipulus quidam Romæ, quem Paulus salutauit, Roma. 16.*

Pathmos *exigua insula in Aegeo mari, Sporadum una Plinio lib. 4. cap. 12. Straboni in 10. ad quã relega-*

tum ferunt Ioannem apostolum à Domitiano imperatore Romano, Apocalypsimq; scripsisse in ea, Apoc.1. Eusebius lib.3.cap.18.eccle. histo.

Patrusim filius Mizraim, filij Ham, Ge.10.1.Para.1

Patharos regio Aegypti est, iuxta Hiere.cap.44.& Ezech.cap.29.&.30. Iesaiæ 11.in qua profugi Iudæi habitarunt, sicut in Taphnis.

Patara ciuitas Lyciæ pronuinciæ in Asia, ad quã Paulus quoq; uenit, sicut Lucas meminit Acto.21.

Paulus qui & Saulus, Acto.13. Iudæus ex tribu Beniamin, sectæ pharisaicæ, Roma.11. Philip.natus in Tarso non obscuro Ciliciæ oppido, enutritus in Hierusalẽ, & edoctus ad pedes Gamalielis, Actorũ.22.persecutor Christianorũ acerrimus, blasphemus & uiolentus, 1.Timoth,1. Quum autẽ accepisset literas à principe sacerdotum, quas perferret Damascũ ad uinciendum Christianos, mirabiliter conuersus, & Christi discipulus factus est, Acto.9,& deinde doctor gentium, Gala.2.Roma.15.1.Timo.2.Varia pericula, uitæq; discrimina expertus cum bestijs pugnauit Ephesi,1.Corinth.15, uerbera, plagas, naufragia, carceres, frigora, famem, sitim passus, 2.Corin.11.organũ Dei electũ, Acto.9. Vide infra Saulus, hunc & Petrus commendat, 2.Petri.3.

Paulus Sergius Cypri proconsul, uir prudens, à Paulo & Barnaba ad fidem conuersus est, Acto.13.

Pau seu Pagu uel Pai ciuitas Idumææ, quondam regis Hadad regia, in Gabilitica regione, Gene.36.1.Para.1.

Pedaia de Ruma parens fuit Sebidæ matris Ioiakim. 4.Regum 25. (28
Alius è stirpe Manasse, genitor Ioëlis principis,1,Chr.
Pedaia filius Pareos, & ipse in Hierusalem reædificat muros, Nehem.3.& 8.
Alius filius Kolaia, Nehe.11.è tribu BenIamin.
Fuit etiam huius nominis Leuita quidam super gazophylatium constitutus, Nehem.13.
Pedazur genitor Gamalielis principis tribus Manasse, Nume.1.2.7.
Pedahel filius Ammihud princeps stirpis Naphthali, Nume.34.
Pegulthai filius ObedEdom, ianitor templi, è Leui 1. Chronic.27.
Pekah filius Remalia ingenio malo prauoq; fuit, regnum Israëlitarum Pekahia à se interfecto, arripuit, & XX annos administrauit. Hic ab Osæa tandem trucidatus est. 4.Reg.15.2.Para.28. Ipse contra Achas regem pugnauit, Iesaiæ 7.
Pekahia filius Menahem rex Israëlitarum pessimus à Pekah facta conspiratione, altero regni anno peremptus est, 4.Reg.15.
Pekod princeps fuit Chaldæorum, uelut ex 25. Ezechielis colligitur.
Pelatia siue Phaltia filius Benaia, princeps Iudaici populi moritur, Ezech. 11. quo defuncto, Ezechiel prophetare cœpit.

Peleg siue Phalech, uelut Lucæ 3. uidemus, fuit filius Eber sic dictus, quod in diebus eius diuisa sit terra. Peleg enim est diuisio, Gene. 10. Iosephus li. 1. cap. 14. ant. Iudaicarum. Hierony. in quæstion. hebraicis. ex hoc Rege natus est, Gen. 11. 1. Chron. 1.

Pelech filius Ionathan, 1. Para. 2.

Peleth filius Iahdai è tribu Iuda, 1. Para. 2.

Alius eiusdem nominis, sed tribus Ruben genitor On seditiosi, Nume. 16.

Peloni patria Helez, & Abia robustorum Dauidis. 1. Chro. 12. quære supra Palti.

Pelusium teste Strabone li. 17. geographicorum, Aegypti est ciuitas, unde nomen est præter fluenti ostio Pelusiaco, huius meminit etiam Plinius lib. 5. cap. 9. & 10. Pomponius Mela li. 1. Ammia. Marcelli li. 22. Iosephus lib. 6. cap. 8. & lib. 10. cap. 1. antiq. Iudaic. Aliàs Libna appellata, & Sin Ezech. 30.

Pentapolis Syriæ regio ad orientē Iudææ à quinq; ciuitatibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Zeboim, Zoar: quibus olim fuerat inclyta, fuit appellata, igne & sulphure euersa, De qua Gene. 13. & 19.

Alia Pentapolis Aphricæ regio, Cyrenaica aliàs dicta, de qua supra.

Peninna aliàs Phenenna, uxor fuit Elkane, patris Samuelis, 1. Reg. 1.

Peor mons est in terra Moab in supercilio Libiadis respiciens solitudinē, in quem Balak rex Moab Bileam ariolum

ariolum duxerat ad maledicendum Israëli, Nume.25. in hoc Baal à gentibus fuit cultus, Num.25. iuxta hunc in ualle sepultus est Mose, Deute.34.

Peor *etiam Idolum est Moabitarum, Nume.25. Deu. 3. & 4. Iosua 22,*

Perez *Vsa, locus prope aream Nachon, ubi Vsa percussus est, q̃ arcam tetigisset, 3. Regum.6. 1. Parali.14. Iosephus uocat concisionem lib.7. cap.4. antiq. Iuda.*

Perez *aliàs Phares, filius Iudæ è Thamar, à rumpendo nomen habet, quia in partu rupta est membranula secundinarum matris, Gene.38. 1. Para.2. & 4. Matth. 1. Ab hoc nata est Perezitarum familia, Nume.26. Huius filij fuerunt Hezron & Hamul, 1. Chro.2. Gen.46.*

Persis *fidelis mulier, quæ multum laborauit in domino, Paulus hanc salutauit, Roma.16.*

Persis *regio, quære supra Paras.*

Perge *Pamphyliæ prouinciæ urbs est, cuius meminit Plinius 5. cap.27. Mela lib.1. Strabo lib.14. Lucas Actorum 13. In hac Ioannes à Paulo diuertit, reuersus Hierosolymam, Actor.14.*

Pergamus *clarißima Asiæ ciuitas, atq; ipsius Troados, quã Silenus intermeat fluuius, præfluit Cetius profusus Pindaso monte, sicut scribit Plinius lib.5. cap.30. histori. mundi. De hac etiã Strabo li.13. geographiæ: Ad huius ecclesiã Ioannes apostolus scripsit Apoca.1. et 2.*

Petrus *natione Galilæus ex urbe BethSaida oriundus, frater Andreæ, piscator, Matt.4. & deinde Ioãnis*

Baptistæ

Baptistæ discipulus, Ioannis 1. à Christo uocatus in discipulum mox apostolum, hominũ piscator factus est Mar. 1. Lucæ 5. reliquit omnia sua, & Christũ secutus, Matthæi 4. & 10. Ipse uxorẽ habuit, 1. Corinth. 9. nam Christus socrum eius febricitantem curauerat. Matth. 8. de qua plura apud Eusebium lib. 3. cap. 30. ecclesiasticæ historiæ Christum negauit, sed resipiscens fortißimus Christi confessor euasit, intrepide prædicans crucifixum Iesum, quemadmodũ ex Actis apostolicis & epistolis eius duabus, quæ extant euidentißime claret. Doctor Iudæorum primum, Galat. 2. deinde & gentium. Hic quoque Simon Matthæi 4. & 10. Ioan. 20. & Cephas, id est, petra, Ioannis primo appellatus est, & Simon Ioannis filius, Matth. 16. Ioan. 21.

Pethuel genitor Ioëlis prophetæ, Ioël. 1. è Ruben tribu fuit.

Pethahia Leuita post captiuitatem Babylonicam, repudiauit alienigenam, Esræ 10. Nehem. 9.

Pethaia filius Meseſabeel è filijs Serah, filij Iuda, habitauit in Hierusalem, Nehem. 11.

Petra deserti arx, & ciuitas principalis in regno Moab, in finibus Arabiæ sita, Iesaiæ 16. Hebræi Selam dicunt. Ab hac Arabia petrea dicta est, de qua Aegesippus lib. 1. cap. 14.

Pethah sacerdos sub Dauide è filijs Aaron, 1. Chr. 25.

Pharao Regum Aegypti commune dignitatis nomen est, non aliter atq; Cæsar Romanorũ imperatorũ, teste

Manethon

Manethone Aegyptiorū sacerdote, Iosephus lib. 8. anti. Iud. cap. 6. scribit, Pharaones à quodā Pharaone rege uocatos esse, Et paulopost subdit: Pharao nomen secundum Aegyptios regem significat. Fuerunt autem plurimi Pharaones, quorum in sacris literis est mentio.

Primus Pharao, Aegypti rex, Abrahæ uxorē suam Saram abstulisse legitur, Gene. 12.

Alius huius nominis & regni fuit, qui Ioseph filium Iacob patriarcham é uinculis libaratum, in Aegypti principem sublimauit, & filios Israël humaniter tractauit, Gene. 41. & deinceps.

Tertius Pharao, qui Israëlitas ex Aegypto gradientes, persequutus est, & à domino in mari rubro submersus fuit, Exod. 2. & 14. Psal. 134. & 135. Rrma. 9. quem Eusebius in Chronicis Cenchrem cognominatum tradit.

Fuit & quartus Pharao sub Salomone rege, cuius filiam Salomon uxorem duxit, 3. Reg. 3. Pharaonis Necho habes quoq; mentionem, 4. Reg. 23. & 2. Chro. 35

Alius Pharao Hophra Aegypti rex fuit sub eo tempore quando Hieremias cum alijs in Aegyptum captiuus fuit ductus, Hierem. 44.

Phara seruus Gideonis, quære infra Pura.

Pharphar flumen est Damasci, cuius meminit Naeman Syrus, 4. Reg. 5.

Phanuel locus, uide infra Pnuel.

Phanuel de tribu Asser fuit genitor Hannæ prophetissæ, Luca 2.

Phadaia filius fuit Iechaniæ,1. Para.3.Hic nonnullis creditur esse Sealthiel, q̃ Aggæi 1.& Esræ 5.Matth.1. Zerubabel dicatur filius Sealthiel.

Phathros Iesaiæ 11.Petra est Arabiæ urbs,unde Arabia petrea,aliàs Sela appellata.

Phalti filius Lais de Gallim, cui tradita fuerat Michal Dauidis uxor,Saulis filia,1.Reg.25.

Pharisæi inter Iudæos fuerunt philosophi, & priuatæ hæreseos authores, ab explanãdo dicti, q̃ exponerẽt & interpretarentur legem, Quamuis alij à separatione appellatos uelint, q̃ seipsos ab alijs separauerint. Hi quotidianã conuersationẽ exiguam habent,& prorsus abiectam, nihil mollitudini aut dilicatudini penitus indulgentes,sed quæcũq; iudicio rationis oportere comperta sunt,illa sequuntur, præpositis nullo modo reluctantur. Maiores natu cõpetenti honore uenerantur, ita ut nec contrariũ quiddã alicui aliquando responderant,fato geri omnia credunt, sed neq; liberũ arbitrium hominis auferunt. Iudiciũ dei futurũ esse sentiunt, illic cunctos homines propria merita recepturos, tam eos quidẽ,qui secundũ uirtutẽ uixerint,q̃ illos qui nequitia deprauati sunt. Animas sũt immortales dicunt.Sed etiam in inferno congrua unicuiq; habitacula pro merito, uel uirtutis,uel iniquitatis attribui sicut unicuiq; uiuẽti gerebatur studiũ,& aliàs quidẽ animas æternis retrudi carceribus,aliàs autẽ facultatẽ reuiuiscendi percipere, et ob hæc populis quidẽ sunt acceptabiles,credibilesq;.

Hæc

Hæc Iosephus li.10.ca.2.anti.Iud. Et lege eundē lib.2. ca.7.de bello Iudaico.Habes præterea eorundē mentionem.Matt.5.& 22.Marci 12. Actor.23.& aliàs sæpe.

Pheresæi fuerunt incredulæ gentes in terra Chanaan quas filij Israël expulerūt, Deutero.7.Iosua 3.12.17. & 24.à Perisi,id est,Pheresæo nomen habent, de quo Gene.10.13.& 15.

Philistijm populus gentium, à Philistijm filio Nimrod filij Ham,filij Noah descenderunt,Gene.10.1.Par. 1.Iosephus li.1.cap.12. antiq.Iuda. hos interpretes nonnunquam Philistæos,nonnunquam ἀλλοφύλους,id est alienigenas uocant. Ad occidentem Iudææ habitant. Hiero. in loc. Philistijm urbē dicit, quæ nunc Ascalon, unde Palestina dicta Philistijm.

Philistæi habuerunt quinq; metropoles,Azotū,Gazam,Ascalon, Geth, Accharum 1.Reg.6.ubi Satrapæ seu reguli ipsorum sederunt, Iosuæ 13.Iesaiæ 9.Soph.2. Philistæos fecit Dauid tributarios,2.Reg.8.1.Para.18. Psalm.83. perpetuo odio cum Iudæis dißidebant, quos percußit Saul Dauid & Vsia,2. Chr.26.atq; Ezechia 4.Reg.18.Ezech.25.

Phibeseth Bubastus, ciuitas Aegypti est Straboni. meminit huius Ezech.cap.30.

Phichiroth quarta est mansio Israëlitici populi nōdum mare rubrum ingreßi,Nume.33. Vide supra Habirot,& Hiroth.

Phichol Princeps exercitus, Abimelech regis Gerar Gen.21.26.

Philo-

Philologus fidelis quidam discipulus Romæ, quem Paulus salutauit, Roma.16.

Phigelus in Asia fuit Pauli aduersarius, 2.Timo.1.

Philemon Phrygius genere, discipulus domini fidelis ad quem Paulus scripsit epistolam breuem sed charitatis plenam.

Philadelphia ciuitas est Decapolis iuxta Plinium lib.5.cap.18. Strabo in 16.ad cuius ecclesiam Ioannes scripsit, Apoca.1.& 3.

Philetus pseudoapostolus una cum Hymenæo resurrectionem factam contendit, multisq; imposuit quemadmodum Paulus, 2.Timo.2.meminit.

Phinon in deserto Arabiæ locus ubi Mose æneũ serpentem ex dei mãdato erexerat, & populus XXXVI mansionẽ collocauerat, Nume.33.aliàs Phunon & Pinon dictus. Sunt qui ciuitatem principũ Edomæorum fuisse tradant, de qua Genes.36.& infra in Pinon.

Phiton urbs Aegypti ab Israëlitis condita. Exodi 1.

Phispa è tribu Asseris, filius Iether, 1.Chro.8.

Phillppi Macedoniæ urbs apud Stridonem fluuium ab cõditore Philippo Græciæ domitore sic appellata, ad hos scripsit Paulus, prius Crenides ut Artemidorus in Epitomate X auitatũ καὶ πολίς φιλίππου, τό παλαιὸν κρηνίδης. Philippus Macedo nomen mutauit obmerita lati ab se auxilij cõtra uim Thracũ expugnare surbem conantiũ. Hic Brutus ab Octauio superatus, Augustus deinde mutatis colonis, Neapolim eam uocauit

uit, hæc Volater, lib. 8. geogra. Philippenses male tractauerunt Paulum & Silam annunciantes eis Christum, quemadmodum legis Acto. 16.

Philippus Apostolus Domini nostri Iesu Christi, à BethSaida ciuitate Galilææ oriūdus, Ioan. 1. 12. et à Christo ad Euangelion ebuccinandū emissus, Matth. 10. Hic est qui cupijt patrem uidere, Ioan. 14.

Alius Philippus unus è septem diaconis spiritusancto & sapientia plenus, Actorū. 6. Idem quoq; euangelista fuit, habens quatuor filias uirgines prophetantes, in Cæsarea habitauit, apud hunc Paulus apostolus diuertit, Acto. 21. Hic in Samaria Christū annunciauit, multosq; conuertit, inter quos erat etiā Simon Magus, eunuchū ipse baptizauit, Acto. 8.

Philippus tetrarcha Itureæ, Traconitidis & Ammonitidis regionum, Luc. 3. filius fuit Herodis Ascalonitæ frater Herodis, Antippæ & Archelai, cuius uxorē Herodiadem adamauit Herodes frater, Matth. 14. Marci. 6. Hic Cæsaream ciuitatē Galilææ restaurauit, unde etiam Cæsarea Philippi, Matth. 16. est appellata.

Phoebe pia mulier ecclesiæ Cenchrensis ministra, quæ sanctis fideliter seruiuit. Paulus hanc magnificis uerbis commendauit, Roma. 16. missa per hanc epistolā Romam ad fratres.

Phœnitia Syriæ pars est, in qua Zidon & Tyrus amplissimæ urbes sitæ sunt, Straboni lib. 16. geogra. De Phœnitia plura Pompo. Mela lib. 1. geogra. Plinius lib.

5.cap.12.natura.histo.Hiero.refert huius partes Samariam, Galilæam, aliasq; regiones. In Phœnice discipuli annunciauerunt Iesum Christum, qui dispersi fuerant ex afflictione ob Stephanum orta, Acto.11. Lucus Actorum.27. Phœnicem portum Cretæ esse indicat.

Phrygia Asiæ minoris regio amplißima à septentrione Galatiæ conterminata, à meridie Lycaoniæ, Pisidiæ Mygdoniæ, ab oriente Cappadociā attingit, ita Plinius in.5.cap.32.natura.histo.Hiero. scribit duas Phrygias, quarū maior Smyrnam habet, minor uero Ilium. Phrygiam peragrauit Paulus, Acto.16.

Phlegon discipulus quidam fidelis Romæ, quē Paulus salutat, Roma.16.

Phul rex Aßyriæ, 4.Reg.15. Apud Metasthenem duos huius nominis inuenies reges, quorum primus apud Babylonios Phul Belochus 48. regnauit annis. Alter Phul Asar 25. Iosephus lib.9.cap.11.antiq. Philoaum uocat. De quo etiam, 1.Chro.6.

Phul apud Iesaiam cap.66. pro Aphrica & Mauritania ad meridiem occidentalem Iudææ sumitur.

Phluth filius Ham, filij Noah, Gene.10.1. Para.1. qui Phutos cōdidit Lybiæ, id est, Aphricæ incolas. Vide plura Iosephum lib.1.cap.12.antiq. meminit Ezech.27. Nahum.3. Vide Hiero.in quæst.hebr.

Phuua siue Phua filius Isaschar, Gene.46. quære infra Pua. Inde Phuaitarum familia, Nume.26.

Phunon locus Edom, Vide supra Phinon, & infra Pinon.

Phrat *Euphrates fluuius est Assyriæ, qui Mosi Gene. 2 è paradiso, Solino uero & Plinio in 5. cap. 24. è Pariar de Armeniæ monte profluit. Taurū apud Eligeam scin dit, Mesopotamiā opimat, annuæ inundationis excessi bus ad instar Nili Aegyptij amnis, terris superfusus in uecta soli fœcunditate, ijsdem fermè tēporibus, quibus Nilus exit, tandem in sinū Persicū exit. Vide supra Euphrates. Habes etiā eiusdem mentionē Gene. 15. Hiere. 2*

Pildas *filius Nachor è Milca, Gene. 22. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. uocat ipsum Pheldas.*

Pilati *sacerdos, cuius fit mentio Nehe. 12.*

Pilha *quidam primas populi Iudaici liberati à seruitu te Babylonica, Nehe. 10.*

Pilatus *ex insula Ponto, præses Iudææ & proconsul uice Tyberij imperatoris, sciens quidē innocentē Iesum timens tamen potestati suæ, maluit sanguinem innoxiū fundere, quàm ab impijs Iudæis, apud Imperatorē Tyberium ut patronus impietatis, licet falso, accusari, Mat. 27. Lucæ 3. & 13. Ioan. 19. Acto. 4. 1. Timo. 6. Vide de hoc plura in Iosepho lib. 2. cap. 8. de bello Iudaico, et li. 18. cap. 5. antiq. Hic seipsum iugulauit, teste Eusebio li. 2. cap. 8. eccle. histo. miscuit sanguinem Galilæorū cum sacrificijs ipsorum, Lucæ 13. De qua re lege Aegesippū lib. 2. cap. 5. excidij Hierosolymitani.*

Pinehas *aliàs Phineas filius Eli sacerdotis, 1. Regū. 1. in bello, ob admissum scelus, perijt, 1. Reg. 4.*

Alius fuit Eleasar filius, nepos Aaronis, Nu. 26. Exo. 6. 1. Chro.

e.1.Chro.7.Esræ.7,princeps ianitorũ templi,1.Chro: 10,Hic fornicatorem pugione transfodit, Nume.25. & summus sacerdos extitit,Iud.20,Psal.106.Iosua.22.
Pinon ciuitas est principum Idumæorum, Gene.36.1 Para.1.Hiero. temporibus uiculus in deserto inter ciuitatem Petram & Zoaram,ubi æris metalla damnatorum supplicijs effodiuntur.
Piream siue Pharan rex Iarmuth in Amorræis confœderatus regibus contra Iosua & populum Israëliticum,Iosua.19.
Pirgraton alius Pharaton ciuitas in Ephraim in mõte Amalech,Iud.12. è qua erat Abdon iudex in Israël &c. & Banaia fortis Dauidis 2.Reg.23.1.Chro.12.
Pyrorum sylua locus est, nõ longe à ualle Rephaim ubi Philistijm cæsi sunt à Dauide,2.Reg.5,1.Para.15.Iosephus lib.7.cap.4.antiq.uocat syluam planctum.
Pisga uel Phasga mons est Moabitarum,Numeri,23. contra Iericho,Deuter.34.Iosuæ,12.in hunc Balak rex Moabitarum duxit Bileam augurem ad maledicendum Israël,Nume.23.apud eundem populus castra collocauerat,Nume,21.Deut.3. Est etiam ciuitas Amorræorum iuxta Eusebium.
Pison magnum Indiæ flumen est,è Paradiso fluens, Gene.2.quod ab Eusebio & Hieronymo in quæst.hebr. Ganges dicitur,siue Getha Iosepho lib.1.cap.2. Iud.antiq.Solomon commentator Nilum uocat.
Pisidia minoris Asiæ prouincia est,de qua Plinius li. 5.cap.

5.c4.27. Hæc Antiochiam insignem urbem habet, Strabo lib. 12 Meminit ipsius Lucas, Acto. 13. & .14.

Piton de tribu Beniamim filius Michæ, filij MeriBaal 1. Chro. 9 & .10.

Plalia filius Amzi habitauit in Hierusalem, Nehe. 11.

Plaia filius Elioenai, 1. Para. 3. redux è captiuitate Babylonica in Iudæam, Nehe. 8, Leuita fuit, Nehe. 10.

Platla filius Hananiæ, filij Zerubabelis, 1. Para. 3. Est alius eiusdem nominis filius Iesei è tribu Simeonis, 1. Chronico. 5.

Alius primas populi post captiuitatem Babylonicã, Nehemiæ decimo.

Planctus Aegypti locus terræ Chanaam trans Iordanem, qui Atad alias dictus est, Gene. 50.

Plethi Philistæorum milites fundis utentes, quibus in hostem irruebant, & lapidum ictu in terram deijciebãt quos Dauid secum habuit, 2. Reg. 8. 1. Para. 19. tanquã satellites corporisq; custodes, nam in persecutione ipsi aderant, 2. Reg. 15. & .20. Hij quoq; Salomoni astiterãt dum in Gibon ungeretur in regem, 3. Reg. 1.

Pnuel siue Phanuel locus est iuxta torrentem Iabot, in finibus Amorræorũ in Rubenia sorte, ubi Iacob, qui deinceps Israël tota nocte luctatus est cum angelo, Gene. 32. ita appellatus, quod uidisset illic Dominũ. Hæc ciuitas Gideonis exercitui panes negauit, cuius turrim destruxit Gideon, & habitatores occidit, Iudi. 8. Hanc Strabo lib. 16, faciem Dei appellat. Est autem continua

Tripoli apud eamq; mons Lybanus desinit, Ierobeam ipsam ædificijs reparauit, 3. Reg. 12.

Pnuel duos huius nominis uiros fuisse inuenio, unum Hur filium, patrem & dominum Gedor ciuitatis Iudæ, De quo, 1. Chro. 4. Alterum è tribu BenIamin Sasak patre natum, cuius mentionem habes 1. Chro. 9.

Pochereth è seruis Salomonis redux in Iudæam ex captiuitate, Esræ. 2.

Pollux geminus & astrum, de quo lege supra in dictione Castor.

Pontus lata regio Asiæ ad mare Ponticũ, quod idem & Euxinum, Asiam Europamq; disterminans appellatur, sita, Cappadociã, Armeniã, Colchidem, aliasq; prouincias complectitur. De hoc Strabo lib. 12. Ptolemæus in. 5. cap. 1. Ponto regione Aquila Ponticus appellatur, Acto. 19. ad huius fideles Petrus quoq; scripsit, 1. Pet. 1.

Pontifices atq; sacerdotes post liberationem è captiuitate Babylonica, qui populo præfuerunt ex Leui, fuerunt hij.

1 Iesus filius Iosedek præfuit annis XXXVI.
2 Ioiakim filius eius in absentia patris, annis VIII.
3 Iesus iterum reuersus XX.
4 Ioiakim iterum XLVIII.
5 Eliasib XXI.
6 Ioada XXIIII.
7 Ioathan XXIIII.

8, Iad-

8 Iaddua X.
9 Onias Persicus XXVII.
10 Simon Priscus XXVIII.
11 Eleazarus XX.
12 Manasses XXVII.
13 Simon iustus XXVIII.
14 Onias XXXIX.

Illos secuti fuerunt Asmonai, id est, Machabæi, uelut supra litera D. de ducibus relatum est. Vide Iosephum li. 20. cap. 18. Iudai. antiq. & Philonem Iudæum.

Eorta Ephraim urbis Hierosolymitanæ, 4. Reg. 14 aliàs porta uallis dici uidetur, 2. Chroni. 26. Sacha. 14. Ezech. ultimo, Nehe. 3. Vide supra Hierusalem.

Porta vallis est in Hierusalē, quæ aliàs porta Ephraim dicebatur, 2. Chro. 26. Nehe. 2. & 3.

Portarū nomina urbis Hierusalē, uide Nehe. 2. & 3.

Portius Festus procurator Iudææ, successor Fœlicis, Acto. 24. & 25. De quo supra in Festus.

Potiphar fuit magister militū & penuarius seu Oeconomus Pharaonis regis Aegypti: Hic Iosephū filium Iacob à Midianitis, qui & Ismaëlitæ mercatum suæ domui præfecit, Gene. 37. & 39. Iosephus lib. 2. capite. 3. antiquitatum.

Fuit eiusdem nominis sacerdos On ciuitatis Aegypti, quæ Græcis Heliopolis dicitur, cuius filiam Asnath Ioseph accepit uxorem, Gene. 41. & 46.

Prazim mons, in quo Dauid percußit Philisteos, 2. Samuelis. 5. Iesaiæ. 28. De quo supra Baal Prazim.

Priapus idolum fuit in terra Chanaan, cui etiam lucus fuit consecratus, 3. Reg. 15. 2. Para. 15. hoc putãt esse quod alibi Baal Sebul, & Baal Peor, & Miplezeth appellatur.

Priscilla Pontica, uxor Aquilæ Iudæi, Paulo prædicanti Iesum adhæsit, Acto. 18. quam Paulus Romanis scribens salutat, & Priscam appellat, Roma. 16. & 2. Timo. 4. 1. Corinth. 16.

Prochorus unus fuit é septem diaconibus ab apostolis in ministeriũ pauperũ & uiduarum electus, Acto. 6

Pruda é seruis Salomonis fuit, redux in terrã Iudæ é captiuitate, Esræ. 2. Nehe. 7. Pruda uocatur.

Ptolemais ciuitas Galilææ maritima prope montẽ Carmelum, quæ à quodam Ptolemæo dicta est. De qua Iosephus lib. 2. ca. 9. belli Iudaici. In qua Paulus fratres salutauit, Acto. 21.

Alia Ptolemais est in Pentapoli prouincia Aphricæ. De qua Pomponius Mela in, 1. Plinius lib. 5. cap. 19. & supra in Cyrenaica.

Pua de tribu Isaschar pater fuit Tholæ iudicis Israëlitici populi, Iudicum. 10.

Fuit etiam Pua siue Phura filius Isascharis, qui cum Israële in Aegyptum profectus est, Gene. 46. 1. Para. 8.

Est quoq; Pua obstetricis nomen, qua noluit pueros Hebræorum Pharaonis iussu necare, Exodi. 1.

Publius primas insulæ Melites, apud quem Paulus triduo hospitabatur, cuius patrem decumbentem Paulus sanauit, Actor.28.

Pudens Romæ discipulus domini, cuius meminit Apostolus 2. Timoth.4.

Pul seu Phul, rex Assur, qui Israëlem in Aßirios abduxit, 1. Chro.6. 4. Reg.15. Vide supra Phul.

Pura seruus fuit Gideonis, quem LXX & Iosephus lib.5. cap.10. antiquitatum Pharam uocat.

Purim dies sacri sunt Iudæorum in sexto mense, qui Adar, dies 14. & 15. à sorte dicti, quos Ester regina et Mardochai ob liberatione͂ populi à manu hostium consecrauerunt, Ester 9. Iosephus lib.11. cap.6. ant. Iuda. scribit eos dies appellasse Iudæos, conseruatores. Hoc festum etiamnu͂ celebrant Iudæi magnis uoluptatibus, non secus quam nos Carnisprivium.

Put filius Ham supra Phut dictus, 3. Para.1.

Puthæi familia est in Kiriathiearim, 1. Para.2.

Putiel Leuiticæ stirpis homo, è cuius filiabus uxorem accepit Eleasar Aaronis filius, Exod.6.

Puteolis ciuitas Colonia Campaniæ eadem dicitur Ceadicta, ubi Paulus salutauit fratres, dum Romam duceretur, Actor.28.

Puteus in profectione Iudæoru͂, iuxta que͂ castrametati sunt, quem foderunt principes, & parauerũt duces multitudinis per doctore͂, & per baculos suos, Nu.21.

Puteus iuramenti in regione Geraritica, que͂ Abra-

ham fodit: & ubi postea Isaac & Abimelech iurauerunt Genes.21.& 26.uide supra BerSeba.

Puteus *uisionis in deserto, apud quem Isaac habitauerat, Gene.22. Vide supra Moria.*

Puteus *iudicij in regione Gerarítica, quē Hieron. in in loc. heb. uillam Bardan nomine uocat, Hebraice En Mispat, Gen.14.*

Q

QVartus *pius discipulus Christi & Pauli apostoli, cuius mentio fit Roma.16.*

Quercus *fletus locus Deboræ nutricis Rebeccæ sepulchro nobilis, Gene.35.supra Alon Bachut.*

R

RAab *gentilis & nobilis meretrix In Iericho ciuitate, quæ excepit exploratores à Iosua emissos, Iosuæ 2.Hebræ.11.Iacobi 2. hæc pia proselyta timens deum Israël, conscripta est in genealogiam Christi, Matt.1. Ipsa Raab cū uniuersa domo saluatur in excidio Iericho, Iosuæ 6. Deinde nupsit uiro Salmon, è quo generat Obed, Ruth 4. Matt.1.*

Raabíth *aliàs Raboth, urbs in tribu Isaschar, Iosuæ (19.*

Raamía *rediȷt cum Serubabel de exilio Babylonico in Iudæam, Nehem.7.*

Rabba *principalis urbs Ammonitarum, Deut.3.ubi ferreus lectus Og regis monstrabatur, nouem cubitos habens*

habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti uirilis manus, Deute.3. Ezech.21.25. Eusebius Philadelphiã esse credit. De hac 2. Reg.12.1. Chro. 20, Hier.49. Amos 1. Est etiã tribus Iudæ urbs Iosua 15.
Rabſake iuxta nominis interpretationem uini pocillator & Saneherib regis Aßyriorum pincerna fuit, De quo Iesaiæ.36.& 37. 4.Reg.18.
Rabſaris appellatur princeps regis Babylonicorum Hieremiæ 39.
Rabmag princeps fuit regis Babyloniorũ, Hier.39.
Rabim flumen in Gibeon ciuitate BenIamitarũ, Hieremiæ 41, Latinus textus habet, apud aquas multas.
Rachel siue Rachala, ciuitas, cuius mentio fit 1. Re. 30. q; Dauid eam suorum spoliorum participẽ fecerit.
Raddai siue Redai filius fuit Isai frater Dauidis, 1. Paralip.2.
Raemſes aliàs Ramesse, ciuitas in extremis finibus Aegypti ab Israëlitis condita, Exod.1. Illic Iacob habitauit, priusquam ingrederetur Aegyptum, Gen.47. eodem loci quoq; primam mansionẽ in deserto habuerunt Hebræi, Nume.33. Exod.12. olim teste Hierony.in heb. quæst. pagus Arsenoites dicta fuit.
Ragema idem est, qui aliàs Reyma dicitur filius Chus Gene. 10 1. Chro.1.
Rahab, ut quidã memorant, Aegyptus est, Psal.86. Memor ero Rahab & Babel, de qua etiã Iesai.30. et 51.
Rahel. filia Laban Syri, qui habitabat in Haran

Meso-

Mesopotamiæ, soror Leæ, uxor Iacob patriarchæ, decora facie & uenusto aspectu, Gene.26.48. Ioseph.lib.1. cap.27. antiq. Hiero. in quæst heb. interpretatur ouem. Ex partu Beniamin moritur, Gen.35. et sepulta in uia, quæ ducit Ephratam, Hiere.31. et Matth.2. Rachel pro Bethlehem usurpatur.

Raham pater Iarkeam, filius fuit Samæ, 1. Para.2.

Rahga filius Somer è tribu Asseris, 1. Chro.8.

Rakon urbs tribus Dan, Iosuæ 19.

Rakath ciuitas est in tribu Naphthali, Iosua 19.

Rabem filius Sares ex tribu Manasse, 1. Chro.8.

Rama ciuitas tribus BenIamin, haud ita procul à Gibeon, Iosua 18. Iudi.19. Cuius mentionem habes etiam Iesaiæ 10. Hiere.31. Hoseæ 5. Nehem.11. Ipsam Baesa rex Israëlitarum ædificijs reparauit, 3. Reg.15. & 2. Chro. 16. Eo loci Nebusar Adan princeps regis Babyloniorũ Hieremiã prophetam liberum dimisit, Hiere.40. Hæc Raphæa appellatur, Plin.lib.5.ca.13. teste Volaterrano in undecimo. Ipsum uocabulum sublimem & excelsum significat. Vnde illud Hiere.31. & Matt.2. Vox in Rama audita est: reddiderunt, Vox in excelso audita est. Est alia quoq; Rama in sorte filiorum Asser, Iosua 19. quemadmodum supra in Asser conspicis.

Est præterea huius nominis urbs in tribu Naphthali, Iosua 19. uelut idem supra in Naphthali uides.

Ramat urbs fuit terræ Chanaan, quæ ducta sorte tribui Simeonis contigit, Iosua 19.

Ramath

Ramath *Mizpe terminus tribus Gad, Iosue 13,*
Ramath *Lehi locus, ubi Simson mille Philistaeos percußit mandibula asini, Iudi. 15. uocabulum significat eleuationem maxillae.*
Ramatha *& Ramathaim, Syriae urbs in Zophim in monte Ephraim, ubi Helcana habitabat, 1. Reg. 1. & Samuel propheta & iudex Israël, 1. Reg. 7. ibi quoq; sepultus est Samuel, 1. Reg. 25. Hiero. in loc. heb. in Thamnitica regione iuxta Diospolim sitam scribit.*
Ram, *qui Matthaei 1. Aram, filius Hezron fratres habuit Caleb & Ierahmeëlē, hic genuit Aminadab, Matthaei 1. Lucae 3. 1. Para. 2. Sunt qui hunc Subam dicant, 1. Paralip. 4.*
Fuit alius Ram nepos Hezronis, filius Ierahmeëlis, 1. Para. 2. De cognatiõe Ram fuit Elihu ille, De quo Hiob. 32
Ramoth *è tribu Isaschar Leuitis data quoq; legitur 1. Chronico 7.*
Ramoth *ciuitas refugij transIordanem iuxta fluuiũ Iabock in Galaad, quae est in tribu Gad, Deute. 4. Iosuae 20. Leuitis concessa, Iosuae 21. 1. Chron. 7. ad meridiẽ Iudaeae, 1. Reg. 30. 3. Reg. 4. 22. ubi Iehu unctus in regem, 4. Regum 9.*
Est etiam Ramoth, Exech. 27. & Hiob 28. lapidis preciosi, uel serici appellatio.
Rama *è filijs Pareos, alienigenam uxorem repudiauit, Esrae 10.*
Rapha *nobilis gigas fuit in gente Philistaeorum, 2. Regum*

Reg.21.in ciuitate Gath, habens quatuor filios gigantes, qui contra Dauidem pugnarunt.

Rapha *fuit filius BenIamin, 1. Chro. 9. Deinde Raphaia dicitur filius Bineæ, 1. Chr. 10. Hunc Hiero. in quæst. heb. ibi quoq; appellatum, Gene. 46. affirmat.*

Raphu *è tribu Beniamin filius Palti exploratoris, Nume. 13.*

Raphaim *gigantes in Astharoth, Gene. 14. 15. Iosue 12. De quibus multa Deut. 2. quos Moabitæ Emim, Ammonitæ Samsumim appellant.*

Raphidim *locus in deserto Arabiæ non procul ab Oreb, ubi fuit undecima mansio filiorũ Israël, Num. 33. ubi Iudæi propter aquæ penuriã cõtra Mosen seruũ dei murmurauerũt, Exo. 17. unde etiã Massa, id est, tentationis nomẽ sortitus est, teste Hier. in XLII. mansionibus.*

Reaia *filius Sobal nepos Iudæ, 1. Para. 4. Hierony. in quæst. heb. putat hunc aliàs Er nominatum.*

Alius filius Michæi è tribu Iuda, 1. Chro. 6.

Alius ex Nethinim post captiuitatem Babylonicã, Esræ 2. Nehemiæ 7.

Rebeka *filia Bethuëlis filij Nabor fratris Abrahæ ex Milca, Gene. 22. & 24. traditur Isaacho in uxorem, fuit Syra de Mesopotamia, Gen. 24. 25. peperit illi Esau & Iacob.*

Reba *dux Midianitarum, Nume. 31. in prælio ab Israelitis uictus, duce Mose, Iosua 13.*

Recha *in tribu Iuda loci nomẽ, unde etiã uiri Recha*

id est

id est, teneri dicti, 1. Par. 4. Hiero. sentit ab aliq̃bus hũc Dauidẽ dici, q̃ ipse dixerit. Ego sum tener et unctus rex

Rechab genitor Ionadab amici Iehu regis Israël 4. Reg. 10. Hiere. 35. à quo Rechabitæ dicti, qui ex patris Ionadab præcepto uinum minime biberant, Hiere. 35.

Rechob et frater Baena filij Rimon Berothitæ Isboseth occisores, à Dauide quoq; capite plectũt 2. Re. 4.

Reelia cum Serubabel atq; alijs redux in terrã Iudæ è Babylonia uenit, Esræ 2.

Reguel sacerdos Midian, socer Mosis, Exod. 2. Hic aliàs, ut uidetur, Iethro, Exodi 18. & Hobab dicitur, Nu. 10. quanq̃ Nu. 10. Obab filius Raguelis appelletur. Alius Reguel pater Eliasaph principis militiæ tribus Gad, qui aliàs Ruel appellatur, Nume. 1. & 7.

Reguel filius Esau ex Basmath uxore, Gene. 36. Hic genuit Nathan, Serah, Samna, & Missa, 1. Chro. 1. Alius è tribu Beniamin filius Iebneiæ. 1. Chro. 10.

Regem Melech apud Zachariam cap. 7. de ieiunio consultum mittit in Bethel.

Regina diuitis Arabiæ seu Saba, uel ut habẽt Euangelistæ: Austri sapiens mulier uenit Hierosolymam, audire sapientiam Salomonis, & attulit munera regi Hebræorum, 3. Reg. 10. 2. Para. 9. Matt. 12. Lucæ 11.

Regu seu Reũ filius Peleg, Gene. 10. 1. Para. 1 Ioseph. lib. 1. cap. 14. antiqui. ex quo Serug natus fuit, Genes. 11. uixit ducentis & septem annis.

Regiũ ciuitas Sycilie maritima XX milia passuũ, à pro-

à promontorio Peloro secreta, interpretatur discretio, eo q, hæc Syciliæ pars, quondã Brutio agro Italiæ cohærens, mox interfuso mari sit auulsa quindecim passuum longitudine freto, in latitudine autem modo iuxta columnam regiã, in quo freto est scopulus Scylla, itẽ Charybdis mare uerticosum, ambo clara sæuitia. Hanc Paulus Romam concedens præternauigauit, Acto. 28.

Reges populi Israelitici post duces aut *Iudices fuerunt.*

Saul
Dauid
Salomon.

POST *Salomonem regem facta est diuisio regni Israëlitici, & uocatum est alterũ regnum Iuda, alterum regnum Israël, uelut alibi satis indicauimus.*

Reges Iuda	Reges Israelis
Rehabeam	*Ierobeam*
Abiam	*Nadab*
Assa	*Baesa*
Iosaphat	*Ella*
Iaram	*Simri*
Ahasia	*Amri*
Athalia	*Achab*
Ioas	*Ahasia*
Amasia	*Ioram*
Asaria alio nomine	*Iehu*

Vsia

Vſia	Ioahas
Iothan	Ioas
Ahas	Ierobeam
Hiskia	Sacharia
Manaſſe	Sallum
Amon	Menahen
Amoon	Pekahia
Ioſia	Pekah
Ioahas	Hoſea
Ioiakim	
Ioachim, qui & Iechonias	Zidekia

Rehabeam *tyrannus patre Salomone rege, matrè Naama Ammonitide, 3.Reg.14. ortus duarũ tribuum Iudæ & BenIamin 41 ætatis anno, poſt genitoris obitum rex creatus, & 18. regni anno Hieroſolymæ mortuus eſt, tam ſapienti genitori nequaquã digna ſoboles 3.Reg.11 12.14.15 Ioſephus lib.8. cap.8. antiq.1.Para.3 & 2. Chro.10. uxores habuit* XVIII. *concubinas* LX. *filios* XXVIII. *filias* LX. 2. *Chro.*11.

Rehabia *filius* Eliezer, *filij* Moſis, 1. *Chro.*24.25.27

Rehum *redux é* Babylonica *captiuitate in terram* Iuda, Eſræ. 2. *Leuita laborans in reſtaurãdis muris* Hieruſalem, Nehe.3.

Alius Rehum *Iudæorum hoſtis archigrammatheus* Samariæ, *qui unà cum* Simſai *accuſatoris literas ſcripſit ad regem* Perſarum Arthahſaſtha, Eſræ. 4 *in quibus* Iudæos *mendaciter accuſauit.*

Alius Rehum filius Bani in reparatione Hierusalem, & ipse ædificat, Nehe.3. & .10.

Rehob *Leuita fuit post captiuitatem Babylonicam, Nehemiæ 10.*

Rehob *aliàs Roob urbs in tribu Asser, Iosuæ 19. Leuitis adnumerata, Iosuæ 21. 1. Chro.7. Iudic.1. Est etiam nomen patris Hadad Eser regis Zoba, 2. Reg. 8: à quo regio & ciuitas Syriæ nomen habet, Nume.13. 2. Reg.10.*

Rehoboth *fontis nomen est, quē foderunt serui Isaac, interpretatur latitudo, qd' dilatassent fines, Gen.26.*

Rehoboth Nahar *ciuitas Idumææ est prope flumen patria Saulis Idumæorū regis, Gene.36. 1. Para.1.*

Rehuma *cōcubina Nahor fratris Abrahæ, Gen.22. ex qua filios habuit.*

Rei *fuit Dauidis amicus, qui non fuit cum Adonia regni affectatore, 3.Reg.1.*

Reyma *siue Regma & Ragema, filius Chus, filij Cham, Gene.10. 1. Para.1. Hic Ramæos instituit, Iosephus lib.1.cap.12. Iud. antiq. testis Ezech.27. Cuius filij fuerunt Scheba atq; Dedan, 1. Chro.1.*

Rekem *aliàs Rokam, dux Midianitarū princeps regis Sihon, Iosuæ 13. Nume.31. hic urbem sui nominis in Arabia condidit, quam Græci Petram uocant, autore Iosepho lib.4. antiq, cap.6.*

Rekem *urbs in tribu BenIamin, Iosuæ 19. Est eiusdē nominis filius Hebron, 1. Para.2. & filius Iahdai, Ibidē.*

Remeth *aliàs Rameth urbs tribus Isaschar, Ios.19.*

Rema-

Remalia *eques regis Pekahia, genitor Pekah regis Israël, 4. Reg. 15. Iesaiæ. 7.*

Remphan *idolum fuit Iudæorum, quod in deserto coluerunt, uelut diuus Stephanus ex Amos propheta, ipsis Iudæis obijcit, Acto. 7.*

Remphitis *urbs, aliàs Aruma & Arumathæa, teste Eusebio, uocatur.*

Remuel *è stirpe Leui, genitor Hasabiæ ducis, 1. Chronicorum 28.*

Rephaia *filius Hur cum alijs muros Hierusalem reædificauit, Nehe. 3.*

Rephaia *filius Iesaia, nepos Zerubabelis, 1. Para. 3. princeps tribus Simeonis, 1. Chro. 5.*

Alius eiusdē nominis, filius Tholæ, filij Isaschar, 1. Chronicorum octauo.

Rephah *filius Ephraim, 1. Chro. 8.*

Rephael *filius Semaiæ ianitoris templi, 1. Chro. 27.*

Rephaim *terribiles tyranni, Deute. 22. Vide supra Raphaim.*

Rephaim *uallis gigantum, ad septentrionalē plagā Hierusalem, ubi Philistijm contra Dauidis exercitū castrametati sunt, 2. Reg. 5. 1. Para. 4. non procul est hic locus à Hierusalem, Iosephus lib. 7. cap. 4, antiq. Iud.*

Rephaim *terra fuit regio Ammonitarum, Deut. 2. & Argob in tota Basan, Deut. 3.*

Ressa *filius Serubabelis Iudaici populi principis, Lucæ. 3. quē cum putant fuisse, qui Mesullam, 1. Chro. 3. ap-*

pellatur. quod Philon Hebræus huius cognomentū Misciollæ fuisse tradat.
Reseph fuit Ephraimi filius, 1. Chro. 8.
Reson Syrus filius Eliada fugiens à domino suo Hadad Eser rege Zoboa post Dauidis mortē, surrexit contra Salomonem, 3. Reg 11.
Ressen Assyriorū urbs inter Niniue & Chalah, quā Assur condidit, Genc. 10.
Rezeph Petram Arabiæ ciuitatē dixerunt, 4. Reg. 19. Iesaiæ 37. Hiero. in ecloga ciuitatem Syriæ.
Rezin rex Syriæ fuit, qui contra Achas regem Iudæ pugnauit, 4. Regum 15. et. 16. Iesaiæ. 7. Hic regnabat in Damasco.
Alius Resin Esræ. 2. ex Nethinum post captiuitatē Babylonicam, Nehe. 7,
Ribai de Gibea filiorum BenIamin, genitor Ithai robusti Dauidis, 2. Reg. 23. 1. Chro. 12.
Ribelath uel Ribla ciuitas est Hemath Syriæ, Iosepho lib. 10. cap. 7. antiq. terminus Iudæ ab ortu, Nume. 34. Quæ postea teste Hierony. est dicta Antiochia postremo Iustiniani principis tēpore Theophilis cœpit dici autor Volater. li. 11, meminit, 4. Reg 23. 25. Vbi Zidekias captus à Nebucad Nezer oculis priuatur, Hiere. 39
Rimon locus in tribu Iuda, Iosuæ. 15. ea est (& 32 quoq; in tribu Simeon, Iosuæ. 19. 1. Para. 5. Zach. 14. pertinet quoq; ad Sebulon, Iosuæ. 19. Est quoq; Petra in tribu BenIamin, Iudic. 20.

Rimon

Rimon *seu Remmon Berothites filios habuit Baena & Rechob occisores Isboseth. filij Saul, 2. Reg. 4. Iosephus lib. 7. cap. 1. antiq,*

Rimmon *idolum fuit Damasci Syriae, ut ex uerbis Naeman Syri liquet, 4. Regum. 5.*

Rimono *ciuitas est sacerdotum in Zabulonia tribu iuxta autorē Paralipomenon, 1. Chro. 7. Iosua. 19. quae aliàs Rimon appellatur.*

Rimon Pares *alià Remon Phares, locus deserti, ubi XVI. mansio filiorum Israël fuerat, Nume. 33.*

Rinna *filius Simeonis è tribu Iudae uiri, 1. Para. 4.*

Riphat *filius Gomer, filij Iaphet, Genesis. 10. Hic Riphaeos, qui nunc Raphlagones instituit, Iosephus lib. 1. cap. 11. antiq. 1, Para. 1, Hiero. in hebr. quaest.*

Rissa *siue Ressa in solitudine locus, in quo erat XVIII mansio Israëlis, Nume. 33.*

Rithma *aliàs Rethma, locus in deserto Paran, ubi filij Israël XV. mansionem habuerunt. Nume. 33.*

Rizpa *siue Respha, concubina Saulis, filia Aia, seu ut habet Iosephus lib. 7. cap. 1. antiq. filia Sebabeth cum Abner concumbit, 2. Reg. 3. Haec crucifixorum è domo Saul custodiuit corpora, 2. Samuelis. 21.*

Rizia *filius Vllae de stirpe Asseris, 1. Chro. 8.*

Roboam *filius Salomonis genitor Abiae, Matth. 1. In Biblijs Rehabeam appellatur, de quo supra.*

Rhode *puella fidelis in domo Mariae matris Ioannis cognomento Marci, quae Petrum pulsautem non in*

tromisit, præ gaudio currēs nunciatū familiæ, Acto. 12.

Rhodus Cycladum insularū nobilißima, et ab oriente prima, quondam Ophiussa uocata, in qua eiusdē nominis urbs fuit æreo colosso famosa, septuaginta cubitorum altitudinis, distat à portu Asiæ XX. M. paßuū. Ad hanc etiam Paulus appulit, Acto. 21.

Rogel fons prope Hierusalem in tribu Iuda ad septentrionem, Iosuæ. 15. & 18. 4. Reg. 1. 2. Reg. 17.

Roglim locus est, ubi domus Barsillai Gileaditæ, 2. Regum. 17.

Roma urbs quondam totius orbis domina à conditoris sui Romuli nomine sic uocata. Quam propter eximiam uirturem, pleriq; scriptorum, quasi sola esset, urbem per μετονομίαν appellare malebāt. Hæc Hiero. extat huius mentio in Actis Apostolicis, & in epistola Pauli ad Romanos.

Romamthi Eser filius Heman cantoris Dauid, 1. Chronico. 26.

Ros filius BenIamin in Aegyptum cum Israële uenit Genesis 46.

Ruben primogenitus filius Iacob seu Israëlis patriarchæ ex Lea ancilla, sic appellatus, quasi dicas, uisionis filius, mater enim ipsius enixo infante gratulata dixit, Deus uidit in afflictionē meam, Gene. 29. in Mesopotamia natus, Gene. 35, Hic cum Bilha concubina patris sui concubuit in Eder ciuitate, Gene. 35. 1. Chro. 6. Ob hoc peccatū ipse primogenituræ dignitatē, hoc est, regnum

regnum atq; sacerdotiū amisit. Cum uiolasset thorū patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph, filij Israël, & non est ille reputatus in primogenitū. Nam Iu*dæ qui erat fortißimus inter fratres suos, concessus est principatus siue regnū. Ioseph uero primogenituræ ius,* 1. Chr. 6. Gen. 49. *Filios habuit Hanoch, Pallu, Hezrom Charmi,* Gene. 46. *cum quibus in* Aegyptū *profectus est* Exo. 6. 1. Chro. 6.

Ab hoc Rubenia *tribus, appellationem accepit, cui Moses ante suum obitum, terram* Amorræorū *ultra Iordanem sitam, orientem uersus poßidendam dedit, uelut legis* Nume. 32. Deu. 3. & 29. *Iosua* 1. 12. & 13. 1. Chro. 6. *Ezech.* 48.

Vrbes eius tribus & limites sunt.

Dibon	*Aphela*
Bamoth Baal	*Vniuersum regnum*
Beth Baal maon	*Sihon regis*
Iahza	*Amorræorum*
Kedemoth	*Iosuæ* 13.
Mephaath	*Bezer*
Kiriathaim	*Iosua* 20.
Sibama	*Hesbon*
Zerethha Sahar	*Eleale*
Emek	*Nebo*
Beth Peor	*Baal Meon*
Assedoch sub Pisga.	*Nume.* 32.
Beth Iesimoth	

Ruel *genitor* Eliasaph *principis militiæ tribus* Gad, Numeri 1.& 7.

Ruffus *pius &* Christianus *homo, quem* Paulus & *matrem ipsius* Romæ *degentem, salutat*, Roma.16. *Alius* Rufus *filius* Simonis Cyrenensis *frater* Alexandri, Marci.15.

Ruma *ciuitas munita in sorte tribus* Naphthali, Iosuæ *cap*.19.

Ruma *aliàs* Rehuma *cõcubina* Nahor *fratris* Abrahæ, Genesis.22.

Ruth Moabitis *nurus* Naemi *mulieris* Betnlehemiticæ, *uxor* Mahelon, *quomortuo sociata* Boos, *è quo genuit* Obed. Ruth, 1.& 4. Iosephus *lib*.5.*cap*.14. Iud. *antiq.conscripta est in genealogiam* Christi, *ob pietatem ipsius*, Matthæi.1.

S

SAasgas *cubicularius siue eunuchus fuit* Ahasueri *regis* Persarum, Ester.2.

Saaph *filius* Iahdai, 1. Para. 2. *Ibidem legis, & de alio* Saaph *patre* Madmanna.

Saaraim *uel* Sarim *locus tribus* Iudæ, Iosuæ 15. *uerũ in ea posteros* Simeonis *habitasse, docet histo*. 1. Para. 5.

Saalabin *aliàs* Selebin, *urbs in tribu* Dan, Iosuæ.19. Iudicum *primo*.

Saalim *locus terræ* Chanaan, *ut legis* 1. Reg.9.

Saalboni *unde* Saalbaonites, 2. Reg.23. & Saalbun 3. Reg.4. 1. Chro.12.

Saba-

Sabadia *filius Asabelis princeps militiæ Dauidis,1. Chroni.28.*

Alius filius Ismalis dux in domo Iuda sub Iosaphat rege 2.Chron.19.

Sababia *filius Immer alienigenam repudiat,Esræ.10*

Sabadia *socius Dauidis è BenIamitica stirpe fuit,1. Chron.15.*

Sabathi *uiolator colligens ligna lapidatur à populo in deserto Arabiæ,Nume.15.*

Sabthai *Leuita post Babylonicam captiuitatem fuit, De quo Esræ 10.& Nehem.11.*

Sabad *filius Sathu, alienigenam repudiat, Esræ 10. Ibidem est alius Sabad filius Hasum, qui & ipse abijcit uxorem alienam.*

Sabad *filius Bani qni alienigenam uxorem repudiauit,Esræ 10.*

Sabai *genitor Baruch,Nehemiæ.3.*

Sabad *filius Thabath è tribu Ephraim,1.Chroni.8.*

Sabud *ex filijs Bigeuai redux de Babylonico exilio, Esræ 8.*

Sabud *filius Nathan sacerdotis amicus fuit regis Salomonis,3.Reg.4.*

Sabad *filius Nathan,1. Para.2.Alius filius Simeath Ammoniditis percussor Ioas regis,2. Chro.24.Hier.4. Reg.12.Iosabar dicitur.*

Sabad *filius Abelai unus ex fortibus Dauidis 1. Chron.18.*

Sabdiel *genitor fuit Iesabeã robusti Dauidis, 1.Chronico 28.alias dictus dictus* Hachmoni, 1.Chro.12. *Alius sacerdos filius Gedolm, habitauit in Hierusalem, Nehemiæ* 11.

Sabech *uocant locum ueprium & uirgultorum, ubi aries uisus est Abrahæ in spineto hærere*, Gene. 22. *Vide Hierony. in locis hebraicis.*

Sabdi *filius Assaph Leuita*, Nehem.11. *Alius filius Serah, de tribu Iuda auus Achan sacrilegi, Iosua* 7.

Sabdi *è tribu* BenIamin *filius simei*, 1.Chro.8. *Alius cellarum uini Dauidis præfectus Siphimites fuit*, 1. Chro.28.

Sabarim *locus trans Iordanem in terra Ammorræorum ubi percussi sunt filij Israël à uiris Ai, & amiserũt* 36 *uiros, Iosuæ* 7.

Sabtha *filius Chus, filij Ham*, Gene.10.1.Chro.1. *ex quo Sabatheni qui Græcis Astabari, Ioseph.li.1.cap.12. Iudai.antiq.& Hiero.in quæst.heb.*

Sabthecha *filius chus filij Ham*, Gene.10.1.Para.1. *ab hoc Sabathæi orti inquit Ioseph.li.1.cap.12.Iud.ant.*

Saba *metropolis est Arabiæ, in monte sita, ubi thuris copia*, Verg.2.georgi. *Solisq; est thurea uirga Sabæis. Et alibi, Centumq; Sabæo thure calent aræ. Hæc Hieronymus in heb.quæst. Meminit huius Psal.72.Hiere. 6. Ezech.27.& 38.Ioelis 3.Hiob.1.*

Sachar *princeps Iosaphat emissus cum legis doctoribus*, 2. Chronicorũ.17. *Fuit alius Sachar Hararites*, 1.

Chro-

Chronicorum 12. alias Sarar dictus.
Sacharia filius Iosaphat regis Iuda, frater Ioram, 2. Chroni. 21
Alius è filijs Sechania redux è Babylonico exilio, Esræ 8. Ibidem legis de Sacharia filio Bebai, Nehem. 10. De Sacharia filio Amaria.
Sacharia filius Ioiadæ sacerdotis sanctus propheta, quia arguebat regem Ioam & populum peccati, lapidatur, 2. Chro. 24. Hic ille traditur fuisse quem Christus filium Barachiæ pronunciat trucidatum inter templum & altare, Matt. 23.
Sacharia filius Berachiæ filij Iddo, propheta domini sub Dario Longimanno XLV anno post redemptionē Iudæorū è Babylonica captiuitate prophetauit, Zacha. 1. Esræ 4.
Sacharia alius propheta & uidens temporibus Vsiæ qui & Asaria, regis Iuda, de quo 2. Chro. 26. Hic filius Ieberechia appellatur, quem propheta Iesaia in testem adhibuit cum ad prophetissam concessisset, Iesaiæ 7.
Alius Sacharia filius Ionathan sacerdos in Hierusalem post Babylonicam captiuitatem, Nehem. 12.
Fuit etiā quidā Leuita sub Iehiskia rege è filijs Assaph, 2. Chro. 29. Deinde alius eiusdē nominis Leuita è filijs Kahath sub Iosia, 2 Chro. 34. princeps domus domini, 2. Chr. 35. Alius redux ex captiuitate Babylonica, Esræ 8. filius Elam repudiat alienigenā uxorem, Esræ. 10. Alius sacerdos filius Pashur, Nehem. 11.
Sacharia

Sacharia *filius Ierobeam regnauit in Israël sex men sibus interemptus à Sallum,4.Reg.25.*
Alius princeps tribus Rubeniæ,1.Chro.6. Alius ianitor tabernaculi testimonij,filius Meselemia,1. Chron.10. Alius è Manasse,1.Chro.28.
Sacharia *cantor seu potius psaltes Dauidis è tribu Leui,1.Chro.16.*
Alius Leuita filius Hossæ,1.Chro.27.
Alius filius Iesaiæ ianitor templi,1.Chro.25.
Sacai *redux cum suis è captiuitate Babylonica in Iudæam,Esræ 2.Nehem.7.*
Sachania filius Iehiel è filijs Elam consiliū dedit de abijciendis alienigenis uxoribus Esræ 10.Ioseph.li.11.ca.5. Iud.anti.Hunc Achanomium Hierosolymitanum dicit. Alius genitor Semaia,Nehe.3. Alius Sachania filius Arah,cuius gener fuit Tobia hostis Iudæorū, Nehe.6.
Sachanía *filius Obadiæ,1.Para.3.*
Alius è Leui psaltes Dauidis,1.Chro.16.
Alius Leuites sub Iehiskia rege,2.Chro.31.
Sachur *filius Imri,una cum alijs reparat murū Hierosolymitanum,Nehe.3.Leuita fuit,Nehem.10.*
Alius quoq; Leuita huius nominis,Nehem.13.
Sacur *Leuita filius Iaesia,1. Chro.25. Alius eiusdē nominis filius Assaph cātoris Dauid,1.Chro.26.Nehe. 12. Alius ianitor templi,1.Chro.27.*
Sachía *filius Seharaim è stirpe BenIamim,1. Chro.9.*
Sadducæi *inter Iudæos philosophi et peculiaris he-*

ræseos

raeseos auctores, qui & animas mortales existimant, simulq; cum corporibus interire, ideo resurrectionē mortuorum negant, & neq; angelos esse neq; spiritum credunt, quemadmodū ex euangelistis Matth. 22. Mar. 12. Lucae 20. & Act. 23. colligitur. Lege de illis multa apud Ioseph. li. 18. ca. 2. antiq. Iuda. & lib. 2. cap. 7. belli Iud.

Sadrach qui & Hanania, unus puerorū è Iuda ante NebucadNezar Babyloniorū regem cōstitutus, Dan. 1. postea, quia auream statuam adorare noluit, in igneam fornacem coniectus, Danie. 3. á flamma est conseruatus illaesus, auctor etiam Ioseph. lib. 10. cap. 12. antiq.

Sadok genitor fuit Ierusa matris Iotham, 4. Reg. 15. 2. Para. 25.

Sadok filius Azor genitor Achin in Christi genealogia, Matth. 1. numeratur.

Saevuan filius Ezer, 1. Para. 1. aliàs Seawan dictus.

Sage Hararites genitor Ionathan robusti Dauidis, 1. Chron. 12.

Saham filius Rehabeam ex Abihail uxore, 1. Chr. 11.

Sahazima alias Sescima urbs in tribu Isaschar, Iosue 19.

Salamis insula Cypri in mari Euboico contra Athenas uelut auctor est Pomponius Mela lib. 2. & Strabo lib 14. In ea insula est eiusdem nominis oppidū teste Plinio lib. 5. cap. 31. quod postea appellatum Constantia autore Hieronymo. Hoc Iudaei funditus demoliti sunt Traiani principis temporibus extinctis omnibus accolis, uelut

uelut scribit Eusebius *in Chronicis*, *&* Hieronymus *in* Salamine Paulus *&* Barnabas *annunciauerunt sermonem dei*, Acto.15.
Salumiel *filius* Zuri Saddai *princeps tribus* Simeon, Nume.1.2.*&* 7.
Salphahad *filius* Hepher *filij* Gilead *è tribu* Manasse, Nume.27. *quære infra* Zelaphehad.
Salmon *ciuitas maritima* Cretæ *insulæ iuxta quam* Paulus *adnauigauit*, Actor.27.
Salmon, *uel* Salma *filius* Nahesson *principis filiorum* Iuda, Ruth 4.1.Para.2. *Cuius uxor* Rahab *& filius* Boos, *in genealogia* Christi *numerantur*, Matth.1. Lucæ 3.
Salma *filius fuit ipsius* Chaleb, *pater ac dominus* Bethlehem *&* Netopha *urbium*, 1.Chro.2.
Salman *hostis, qui* Beth Arbel *urbem uastauit, occisis filijs cum matre*, Hoseæ 10. Vide Capitonem *in commentarijs suis super* Hosæam.
Salmai *ex* Nethinim *redux in* Iudæam, Esræ 2. Nehemiæ.7.
Sallum *filius* Bani, *qui alienigenam uxorem repudiauit*, Esræ 10.
Sallum *cantor, qui cum alijs in terram* Iuda *è* Babylonica *captiuitate redijt*, Esræ 2.
Eiusdem nominis cantor repudiat alienigenã, Esræ 10.
Alius Sallum *sacerdos, filius* Halohes, *qui muros* Hierusalem *reparauit*, Nehem.3.

Alius

Alius eiusdem nominis sacerdos, filius ChalHose, *portam fontis ædificauit in* Hierusalem, Nehem.3.

Sallum *filius* Mesullam *è tribu* Beniamin, *habitauit in* Hierusalem, Nehem.12.

Sallum *filius* Zadock *è tribu* Leui, 1. Chro.7. Esræ: 7

Alius filius Naphthali, 1. Chr.8. Sillem *uocatur*, Ge.46

Alius è tribu Ephraim, *genitor* Iehiskia, 2. Chroni.28.

Sallum *quem* Iosephus *lib.10.cap.5. antiqui.Iud.* Salomi *uocat, filius* Thalchath, 2. Chro.34. *uel* Thikua *filij* Hasra, *siue* Harham *insignis uir, & nobilitate clarus, maritus* Huldæ *prophetissæ*, 4. Regum 22.2. Chro. 34. *dicunt hunc fuisse auunculum patris* Hieremiæ. *De quo* Hieremiæ.32.

Alius eiusdem nominis filius Sissemai, 1. Para.2.

Alius filius Saul, *filij* Simeonis, 1. Chro.5.

Sallum *filius* Iabes, *rex* Israëlitarum, *regnum quo uno mense potitus est, interfecto à se* Zacharia, *arripuit, atq; à* Menahem *trucidatus est*, 4 Reg.15.

Alius Sallum *filius* Iosiæ *Regis* Iuda, 1. Para.3. *aliàs* Io athas, Hier.22. *alijs* Zidckias *appellatur*. Hunc Nechao *rex* Aegypti *captiuum duxit in* Aegyptum, Hiere.22.

Sallu *è tribu* Beniamin *filius* Mesullam, *habitauit in* Hierusalem.1. Chro.10.

Salu *è tribu* Simeon *genitor* Simri *fornicatoris*, Numeri.25.

Sallum *ianitor domus domini post* Babyloniam *captiuitatem*, 1. Chro.10. Hiere.35. *è* Leui.

Alius

Alius eiusdem uominis & tribus atq; officij filius Kore filij Abiassaph,1.Chro.10.

Alius è tribu BenIamin patruus Hieremiæ prophetæ, Hierem.32.& 35.

Salome mater fuit filiorum Zebedæi Ioannis & Iacobi, quæ unà cum alijs mulieribus prope caluariam, dum crucifigeretur Christus, astitit, Matt.27.Mar.25. & ad sepulchrum ad ungendum corpus Christi cũ alijs perrexit, Marci 16.

Salim in Iudæa locus, ubi aquæ plurimum erat, propterea illic baptizabat Ioannes Baptista, Ioan.3.

Salecheth porta fuit tẽpli Hierosolymitani, 1. Chronico 27.

Salathiel filius Iechoniæ genuit Zorobabel, Matt.1 Hic in Biblijs Sealthiel appellatur, uelut infra uidebis.

Sallai è tribu BenIamin in Hierusalem habitauit, Nehemiæ 11.

Salcha urbs Og regis Amorræorum in regione Basanitide, 1.Chro.6.Deute.3.Iosua 12.13.

Salis ciuitas in tribu Iudæ, Iosuæ 15.uide supra Ir Hamelach.

Salem urbs Sichimorum, quæ est in terra Samariæ, ciuitas Iacob, sita in finibus Ephraim, Gene.33.uidetur quoq; dicta Sichem, hæc non est Hierusalẽ, de qua mox, Vide Hieronymum in heb.quæst.

Salem quoq; est Hierusalem, locus à deo electus, ut illic habitaret nomen suum, Hiere.7.Psalm.27.Notus in Iu

in Iudæa Deus, in Israël magnū nomen eius. Et factus est in Salem locus eius, & habitatio eius in Sion, Hebr. 7. aliàs Iebus & Aelia dicta.

Salisa portiuncula est terræ Chanaan, per quam Saul quæsitum asinas patris perrexit, 1. Reg. 9.

Salach filius Arphachsad, filij Sem, Gene. 10. & 11. 1. Chro. 1. Iosephus li. 1. cap. 14. antiq. Siue ut Lucas Euangelista cap. 3. habet, filius fuit Cainan. Hic Salah genuit Eber, Gene. 10.

Saleph filius Iaktan, 1. Para. 1. Gene. 10.

Salomo Dauidis filius Hierosolymis genitus, 2. Reg. 5. Iosephus lib. 7, ca. 3. antiq. in regem ungitur in Gihon patris iussu, 3. Reg. 1. 1. Para. 3. 14. à pace nomen habet, quod fuerit pacificus, 1. Chro. 23. alienigenas uxores duxit, 3. Reg. 11. Nehe. 13. Ipse genuit Roboam regni hæredem, Matth. 1. qui in Biblijs Rehabeam nominatur. De Salomone lege tertium regnorum.

Salmanesser rex Assyriæ apud Babylonicos 17. annos, autore Metaschene, regnauit, 4. Reg. 18. Hic Hoseam regem Israël, cum X. tribubus captiuos in Assyrios transtulit, 4. Reg. 17.

Salomitih filius Simæi, filij Gerson Leuita, 1. Chr. 24. Alius eiusdem stirpis filius Iezehar, filij Amram, Ibidē.

Samehuth Iesrabites princeps militiæ Dauidis, 1. Chronicorum 28.

Samothrace insula est in sinu Pacusiaco é regione Thraciæ, autor Pomponius Mela li. 2. Plinius lib. 5. ca. 12. sic

uide alterius nº 6 —

Alius filius Adlai præfectus armentorum Dauidis in uallibus,1. Chro.28.

Saphan *filius Azalia, filij Mesulam scriba Iosiæ regis 4 Reg 22.2.Chro.34.pater Abikam, qui Hieremiæ astitit, Hiere.26.etiam pater Elassa, Hiere.29. Gamariæ quoq;, Hiere.36.*

Sapham *princeps tribus Gad,1.Chro.6.*

Alius genitor Iaasania, Ezech.8.

Sapher *aliàs Sepher & Arsaphat locus solitudinis, ubi* XX *mansio filiorum Israël fuerat, Nume.33.*

Est Saphir etiam loci nomen, Micheæ 1.unde lapis preciosus Saphyrus deportatur.

Saphatia *filius Dauid ex Abital,2 Reg.3.1 Para.3.*

Alius Harophathites Dauidis socius,1.Chroni 13, è stirpe BenIamin.

Alius filius Mathan, qui Hieremiam cœpit, Hiere.37.

Saph *de genere Rapha Philistæus percutitur à Sibechai Husathitæ,2.Reg.21.Hic Sibai uocatur,1 Chro.21.*

Saphat *de Abel Mehola, genitor fuit Helisæi prophetæ,3. Regum.19.*

Alius filius Semaia,1.Para 3.

Sarah *filia fuit Asser, Nume.26.*

Sarah *filius Iudæ è Thamar, ab ortu dictus, q; prior in partu adparuisset, Gene,38. Matth.1.uocatur Zaram,1.Para.2.& ,10 Serah.*

Saria *siue Seraia filius Asariel, minister Ieboiakim regis Iuda. Hiere.36.*

Alius

Alius princeps, qui cum Zedekia captiuus in Babylonē ductus est, Hiere. 51.

Sarsechim fuit princeps Nebucad Nezer regis Babyloniorum, Hiere. 39.

Sarai filius Bani, qui alienigenam uxorem repudiauit Esræ decimo.

Sardis Lydiæ ciuitas in latere montis Tmoli regia Crœsi fuit, de qua Strabo in 13. Plinius lib. 5. cap. 28. ad cuius ecclesiam Ioannes apostolus scripsit, uelut uides Apocalip. 1. & 3.

Sarepta Sidoniorum ciuitas est, in qua uidua erat, quæ Heliam prophetam hospitio suscepit, Lucæ 4. Vide infra Zarpath.

Saraia filius fuit Kenas fratris Chaleb, frater Athnielis, 1. Para. quarto.

Sares filius Machir, filij Manasse, 1. Chro. 8.

Sarrezer filius Sanneherib Assyriorū regis, patrem Niniuæ in templo Nisroch adorantem percußit, 4. Regum 19. Iesaiæ. 37.

Fuit etiam Sarezer princeps regis Babyloniorum, Hieremiæ 39.

Alius Iudæus, de quo Zachariæ 7.

Saraph è tribu Iudæ, filius seu nepos Sela, 1. Para. 4.

Sared torrens in deserto Moab, Deut. 2. Numeri. 21. Hiero. in locis hebr. uallem ponit, eo loci Israël castra posuit, Numeri. 21.

Saruhen aliàs Sarohen locus in tribus Simeon, Iosue. 19.

& q; Dominũ Iesum contumeliose Samaritanũ calum niarentur Iudæi, Ioan.8. De hac re paulopost plura in Simron, & Iesa.7, et.9, Hoseæ.7. Iose. li.8. ca.12. anti. Samaria recepit uerbũ Dei, prædicante Philippo Euangelista, Acto.8.

Sammesumim facinorosi tyranni & uiolenti gigantes in terra Ammonitarum fuerunt ab Ammonitis Rephaim nuncupati, Deute.2.

Samir urbs in tribu Iuda, Iosuæ 15. in mõtanis Ephraim, ubi habitauit Thola iudex Israëlis, Iudi.10.

Samsar siue Semegar filius Anath, iudex populi Israëlitici stimulo bouis sexcentos Philistæos percußit, et ipse defendit Israël, Iudic.3.

Samuel propheta & iudex in Israël, nascitur ex Elkana & Hanna de tribu Leui, 1.Reg.1. hic per singulos annos circumiens Bethel, Gilgal & Mispe, iudicabat in ijs locis Israëlẽ, 1.Reg.7. domus ipsius erat in Ramath. Idem à petendo nomen habet Psal.99.1, Chro.7. sepultus in Rama, 1.Reg.25. cuius fides cõmendatur Heb.11. Alius filius Tholæ, filij Isaschar, 1.Chro.8.

Samaria è tribu BenIamin Dauidis socius, 1.Chro.13

Samaria filius Bani, qui alienigenam repudiat, Esræ decimo.

Alius huius nominis filius Harim, alienigenam quoq; abiecit, Esræ decimo.

Samla ex Masrek rex Idumæorũ, Gene.36.1.Para.1.

Samlai ex Nethinim fuit post captiui. Baby. Esræ.2.

Sama

Sama *filius* Hebronis,1.*Chronicorum secundo.*
Alius è tribu Asser Zophah,1,Chro.8.
Fuit quoq; alius è stirpe BenIamin,1.Chro.9.
Sama *filius* Hotham *Aroeritis robustus Dauidis*,1.
Chronico.12.
Samaa *Gibeathites è tribu* BenIamin,*genitor duorũ Dauidis robustorum*,1.Chro.13.
Saneballat *Heronites satrapa Samariæ genere Cuthæus infensissimus Iudæorũ hostis, templi & ciuitatis Hierosolymitanæ restaurationem impedire multis modis molitur*, Nehe.2.&.4.
San Sanna *uel Sensenna locus in tribu Iuda*, Iosue.15.
Sanoah *uel Azone ciuitas in tribu Iuda*, Iosuæ.15. Nehe.3.&.11.*Huius pater fuit* Ieluthiel,1.Para.4. Hierony.*usq; ad suam ætatem in finibus* Eleutheropoleôs *Aeliam pergentibus uillam Zanuam extare scribit*.
Sanneherib *rex Assyriorũ cœpit omnes ciuitates* Iuda *sub rege* Iehiskia, *deinde à filijs in delubro idoli sui* Nisroch *occisus est septimo regni anno*,4.Reg.18. 19.2.Para.32.Iesaiæ.36.&.37.
Saphat *filius* Hori *tribus Simeonis, unus qui cum alijs ad terram* Chanaan *explorandam missus fuit*, Numeri *decimotertio*.
Saphira *uxor Ananiæ, quæ cum marito conspirans mentita est spiritui sancto, subitaq; morte ad* Petri *increpationem corruit*, Acto.5.
Saphat *in* Basan *princeps tribus* Gad,1.Chro.6.

uide retro num.º 2

12. sic appellata, quod eam insulam Samij & Thraces incoluerint, Paulus hãc adnauigauit, Luca teste, Act. 16

Sammua filius Zacur è tribu Ruben, fuit unus exploratorum, quos Moses in terram Chanaan miserat, Numeri 13.

Samma siue Simea, filius fuit Isai, frater Dauidis, 1. Regum 16. & 1. Para. 2.

Fuit idem nominis filio Reguel, filij Esau, Gene. 36. 1. Pararalipo. primo.

Samua filius Dauidis, natus in Hierusalem, 2. Reg & 1. Para. 3. & 14. dicitur Simea.

Samma filius Age de Harari fortis fuit Dauidis, 2. 23. Hic 1. Chro. 12. Samoth dicitur.

Samoth robustus Dauidis, aliàs Samma appellatur ut iam dictum est.

Samos insula in Aegen mari, in qua reperta primũ fictilia uasa traduntur, unde & uasa Samia appellata sunt. Ad hanc Paulus quoq; appulit, Acto 20.

Samgar princeps regis Babyloniorum, Hiere. 39.

Samaia redux è captiuitate Babylonica in Iudam, Esræ octauo.

Samachia filius obed Edom ianitoris templi è Leui, 1 Chroni. 27.

Samer filius Mabeli è Leuitica stirpe, 1. Chro. 7.

Samir Leuites filius Michæ, 1. Chro. 25.

Samed filius Elphaad stirpis Beniamin, ædificauit Ono & Lod ciuitates, 1. Chro. 9.

Samse-

Samserari *filius Ierobā de tribu Beniamin,1.Chronicorum nono.*

Samai *filius Onam,1.Para.2,*

Fuit alius eiusdem nominis filius Rekem,1.Para.2. & filius Esræ è tribu Iuda,1.Para.4. ipsum Mosen fuisse dicunt.ait Hieronymus.

Samaræus *filius Chanaan, à quo Samaria nomen habet, Gene.10.1.Chro.1.Iosephus lib.1. cap.12. antiq. Iud. aliàs Zemari uocatur,ut infra habebis.*

Samaria *regio Syriæ inter Iudæam & Galilæam media iacet,uelut Iosephus lib.3.cap.2.belli Iudaici. Aegesippus lib.3.cap.6.memorant: sic appellata à Samaria monte,qui est in sorte filiorum Ephraim,2.Chro.13.quē Amri rex comparatā duobus talentis argenti à Semer, ciuitatem in eo condidit, & nomine uendentis uocauit Samariam,3.Reg.16. accolæ montis primū Israëlitæ appellabantur,deinceps Samaritani.Vnde etiam regnum Israël & Samariæ idem est in prophetis.Cum uero præuaricati fuissent præceptū Domini Dei nostri,et idolis seruiuissent,traditi sunt Israelitæ in manus Assyriorum in perpetuā captiuitatē,nouis colonijs deductis è Babylone, & de Chuta,& de Aua,& de Hamath,& de Sepharuaim,quas transtulerat rex Assyriorū in Samariā. Verum cum noui coloni dominū negligerent, à leonibus sunt direpti. Quæ omnia copiosius leges 4.Regum 17.Vnde mansit odium inter Iudæos & Samaritanos perpetuum,uelut satis ex Ioannis quarto capite liquet.*

uide inferius n° 4.

Sarid *urbs in tribu Sebulon, Iosuæ decimonono.*
Sarai *quæ & Sara, id est, domina uxor Abrahæ filia Haran fratris Abrahæ, pulchra nimis est sterilis, ipsa beneficio Dei genuit Isaac in senectute sua cum esset nonagenaria, Gene. 11. & 17. Hebr. 11. Roma. 4. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. Iud. Hæc cum uixisset annos centũ & uiginti septem, mortua est, & sepulta in spelunca agri duplici, quæ respicit Mamre. Hæc est Hebron in terra Chanaam, Gene. 23.*
Sargon *est rex Assyriorum, qui à nonnullis Sanneherib dicitur, Iesaiæ 20.*
Saron *palestinæ regio est, teste Hiero. inter Tabiriũ montem, & lacum Tiberiadis, et à Cæsarea usq; ad Ioppen se ultra extendens. Hæc pinguis usq; fertilis est pascendisq; gregibus apta, Esaiæ 33. & 65. Canti. 2. Iosua 12. 1. Chro. 28. Est & urbis nomen, in qua filij Gad habitarunt, 1. Chroi. 5.*
Sarar *Hararithes genitor fuit Ahiam robusti Dauidis 2. Reg. 23. Hic 1. Chro. 12. Sachar dicitur.*
Sasai *filius Bani, qui alienigenam uxorem repudiat, Esræ. 10.*
Sasak *filius Briæ è tribu Beniamin, 1. Chro. 9.*
Sasa *filius Ionathan, 1. Para. 2.*
Sathu *cum multis alijs è Babylonica captiuitate in Iudæam redijt, Esræ. 2. Nehe. 7.*
Sathu *Iudæus, cuius filij uxores alienigenas repudiant, Esræ decimo.*

Sathan & Sathanas hoc est aduersarius Christi scilicet atq; Sanctorū, draco magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & seducit orbē terrarū, Apo.12.20.

Saulus adolescens hebræus, qui cum funderetur sanguis Stephani testis aderat & custodiebat uestimēta interficientium illum, Acto.7.& 22. Hic est Paulus apostolus domini nostri Iesu Christi, Nam binomius fuit, Acto.13. De hoc plura adnotatū est supra. Damasci per sportam de muro demissus est, Acto.9.2.Corin.12.

Saul Leuiticæ tribus homo filius Vsiæ, 1.Chroni.7.

Saul filius Kis de tribu BenIamin de stirpe Iemini, primus fuit rex Hebræorum per 40. annos, hypocrisi insignis, initio quidem uir bonus & electus, sed quia minime iuxta uerbum domini ambulauit, datus est in reprobū sensum & reprobatus à domino, 1.Samue.15. Dauidis infensissimus & cōiuratus hostis, quē usq; ad extremum spiritum persequutus est, 1. Regum 9. Et deinceps Actor.13 Quia uero Pythonissam consuluit regno exuitur, 1.Chro.11. Demum in prælio contra Philistæos perijt, & sepultus fuit in terra BenIamin, 2. Reg.22.

Saul rex fuit Idumæorum, cuiuus regia erat in ciuitate Rehoboth, Gene.36, 1. Chro.1.

Saul filius Simeonis ex Chananæa muliere, Gene.46. 1. Chron.5. qui unà cum Israël in Aegyptum profectus est, Exod.6. à quo descendit Saulitarum familia, Numeri 26.

Saue quæ & Emek Melech, id est. regia uallis, Ge.14.

Secher *de tribu BenIamin, filius Ieiel patris Gibeonis 1.Chro.9. & 10. dicitur Sacharia.*

Sechania *fuit Dauidis tempestate sacerdos, è filijs Aaron, 1.Chron.25.*

Sechania *Leuites, Nehem.10.*

Sechacha *aliâs Sacha urbs tribus Iudæ, Iosue 15.*

Sechem *aliàs Sichem filius Manasse, Iosue 17. Est etiam Sichem Samariæ urbs in limitibus Manasse, Iosue 16. quam Neapolim postea dictam Hieron. in traditionibus refert.*

Sechem *uel Sichē, urbs refugij in monte Ephraim, Iosue 20. ea data est Leuitis, Iosue 21 1.Chroni.7, & 8. quam percusserunt Simeon & Leui, Gene. 34. Rehabeam illic regnum accepit, 3.Reg 12. Vide infra Sichem.*

Secu *locus terræ Chanaan, ubi fuit cisterna magna, quo Saul properauit ad interimendum Dauid, 1.Re.19.*

Secundus *Thessalonicensis, comes Pauli apostoli, Actorum 20.*

Sedeur *genitor Elizur principis tribus Ruben, Numeri 1. 2. & 7.*

Seera *filia Ephraim, ædificauit superiorem & inferiorem Bethoron, & VsenSeera, 1.Chro.8.*

Segub *filius Hezron è Maecha filia Machir, patre Gilead, hic Segub genuit Iair. 1.Para.2.*

Seharaim *filius Gera tribus BenIamin in Moab filios genuit 1. Chro.9.*

Seharia *de tribu BenIamin filius Ierobam, De quo 1. Chro.9.*

Seir *duo huius nominis fuerũt: Primus Horræus, qui ante Esau Idumæã tenuit, Cuius filij Lothan, Sobal, Zibeon, Ana, Dison, Ezer, & Disan, duces fuerunt Horræorum in terra Edom, Gene. 36. & 1. Chro. 1. quorum loca possederunt filij Esau eiectis Horræis filijs Seir, quemadmodum Mose lib. 5. cap. 2. indicat.*

Alter Seir filius Isaac patriarchæ, aliâs Esau & Edom appellatus, Gen. 26. uocabulũ ipsum pilosum, hispidum seu hirsutum significat. Hic Seir, id est Esau, in regione Gabelena, hæc est Idumæa, montem ad meridiem Iudææ tenuit, qui ab ipso Seir dictus est, Gene. 32. De quo monte lege Gen. 14. & 36. Deut. 2. Iosua 11. 15. & 24. Iesaiæ 21. Ezech. 25. & 35. Iosephũ lib. 2. cap. 27. & lib. 2. cap. anti. iuda. Hierony. in quæst. heb.

Seirath *locus in tribu Ephraim, quo cõfugerat Ehud postquam interfecerat regem Moabitarum, Iudic. 3. Septuaginta habent Sirotha.*

Seia *scriba fuit Dauidis, 2. Reg. 20. hic 2. Reg. 8. Sereia uocatur.*

Seloah *piscina est Hierosolymitana, Nehem. 3. quam Iosephus lib. 6. belli Iudaici cap. 6. sæpe fontem Syloa uocat. Ex hac piscina lotus est Cæcus, Ioan. 9. De hac etiam Micheæ 1. Iesaiæ 8.*

Sela *filius Iudæ ex Chananæa uxore, Gene. 38. 46. Numeri 26. 1. Para. 2. & 4. Ipse est Sobal, 1. Chro. 4. Hiero. in quæst. hebraicis. Ab hoc descendit Selaitarum familia, 4. Mose 26.*

Sylua

Seber *filius Chaleb ex Maecha concubina, 1. Para. 2.*

Sebadia *filius Briæ è stirpe Beniamin, 1. Chron. 9.*
Alius eiusdē nominis & stirpis filius Elpaad, 1. Chr. 9.
Alius è Leui ianitor templi, 1. Chron. 27.
Alius Leuita tempore Iosaphat, 2. Chro. 17.

Sebadia *filius Michaelis, reuersus est cum alijs è Babylonico exilio, Esræ 8.*

Sebuel *filius Gersonis filij Mosis, 1. Chro. 24. 27. quē Hieron. in quæst. heb. dicit fuisse Ionathan sacerdotem in tribu Dan, de quo Iud. 18.*
Alius filius Heman cantoris Dauid, 1. Chro. 26.

Sebina *filius Nebo, alienigenam abijcit, Esræ 10.*

Sebania *Leuita post captiuitatē Babylonicā, Nehe. 9. Etiam sacerdos quidam in Hierusalem, Nehem. 10.*

Seb *princeps fuit Midianitarum interfectus in torculari Seb ab Israëlitis, Iud. 7. Psal. 83. id nominis lupum significat.*

Sebulon *Iacob patriarchæ ex Lea uxore filius, in Mesopotamia prognatus, Gene. 35. à cohabitando appellatus, genito enim filio mater dicebat. Dotauit me deus dote bona. Etiam hac uice mecū erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios, Gene. 30. Ioseph. li. 1. ca. 27. antiq. Iud. Zabulon inquit significat fauoris pignus ad eam. Ex Sebulone nati sunt Sered, Elon, & Iahleel, quos secum in Aegyptum duxit, Gene. 46. Nume. 26. Ab hoc Sebulonis siue Zabulonia tribus exordiū & appellationem sumpsit, De qua lege Iosua 19. Ezech. 48.*

Iosephum

Iosephum lib.5.cap.3.Iudaic.antiq.in quo hæc uerba le gis. Zabulonitæ usq; ad Genesar descendentem (Iordanem intellige) circa Carmelum & mare sortiti sunt, et conuallem, quæ à Carmelo nuncupatur, eò quod etiam huiusmodi sit.

Limites & oppida tribus & hæ *reditatis Sebulon fuerunt.*

Sarid	*Nathan*
Marcala	*IephthahEl*
Dabaseth	*Karath uel Kartha*
Ialneam	*Nahalal siue*
Cisloth Thabor	*Nahalon Iudic.1.*
Dabrath	*Simron*
Iapia	*Iedeala*
Githa	*Bethlahem*
Hepher	*Kitron*
Itha	*Iosua 19.*
Kazin	*Iudic.1.*
Rimon	*Dimna*
Hamthoal	*Iosua 21.*
HaNea	

Fuit quoq; Sebulon ciuitas Galilææ, De qua Iosephus lib.2 cap.22.belli Iudaici.

Sebah *aliàs Zebee rex fuit Midianitarum, quem captum interfecit Gideon, Iudicum 8. Psalm.83.*

Sebul *aliàs Zebul seruus Abimelech ab eo cõstitutus princeps super uiros Emor patris Sichem, Iudic.9.*

Secher

Vide Emek Hamelech, & Hieronymus in hebr. quæst. Saue nomen ciuitatis esse putat.

Savusa aliâs Seraia Dauidis regis scriba fuit, 1. Chr. 19. 2. Reg. 8.

Scheba filius Reyma filij Chus, Gene. 10. 1. Par. 1. qui Schebam urbem Aethiopiæ condidit, Ioseph. li. 2. ca. 10. antiq. à Cambyse rege Meroen ex sororis uocabulo cognominatam scribit. Ex hac fuit regina quæ ad Solomonem regem, mota eius fama, profecta est, 3. Reg. 10. 2. Para. 9. Iesaiæ 45. Est eiusdem nominis filius Iakschan filij Abrahæ Gene. 45. 1. Para. 1.

Sceua Iudæus Ephesinus, princeps sacerdotum qui septem habebat filios exorcistas, qui dæmoniũ conabantur eijcere ex hominibus, absq; uera fide, Acto. 19.

Scythæ sæuissima in Asia gens, humanis uescens corporibus, de quibus multa Plin. li. 6. ca. 13. & 17. natura. hist. Pomp. Mela. li. 3. geogra. Quorũ mẽtio fit Colos. 3.

Schoa princeps fuit Caldæorum sicut ex Ezech. ca. 23 colligitur.

Seavuan filius Dison principis Horræorum in Seir Gene. 36. 1. Para. 1.

Sealthiel, idem alio nomine Mezebeel teste Philone, filius Iechaniæ, qui & Ioachim genitor Serubabelis, qui fuit princeps Iuda, Haggai, 1. Zach. 4. 1. Par. 3. Hie. in quæst. heb. hunc eundem & Phadaiam patrem Serubabelis dicit, Esræ 3. Matth. 1. Salathiel appellatur.

Searia è tribu Beniamin filius Azel, 1. Chro. 9. et 10.

Seal

Seal filius Bani alienigenam abijcit, Esræ 10.
Searlasub filius fuit Iesaiæ prophetæ, qui una cũ patre in occursum Achas regis Iuda profectus est, ad confirmandum eum contra Rezin hostem suum, Iesaiæ 7. Quidam tantum Iasub legunt Sear pro appellatiuo interpretantes, id est, pro relicto.
Seba fons est in terra Palestinorum à seruis Isaac fossus, unde ciuitas Bersaba nomen habet, Gene. 26.
Seba uir è tribu Gad, 1. Chro. 6.
Seba filius Sichri filij Iemini de monte Ephraim, uir Belial seditionem mouet contra Dauid separato Israëlitico populo à rege, demũ à ciuibus Abel Beth Maecha capite priuatur, 2. Reg. 20.
Seba aliâs Sabee urbs tribus Simeon, Iosua 19.
Seba siue Saba filius Chus, filij Ham, Gen. 10. 1. Par. 1. A quo Sabæi descenderunt, Ioseph. lib. 1. cap. 12. antiq. Est eiusdem nominis filius quidã Iactan, Gene. 10. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq. Iud.
Sebam Amorræorũ ciuitas ultra Iordanem, Num. 32
Sebai filius Bebai uxorẽ alienigenam abijcit, Esræ. 10
Sebara uel Sepher mons Indiæ est, Eusebio iuxta quẽ filij Iactan filij Eber habitauerunt, Gene. 10.
Sebena præfectus domus Iehisliæ & quæstor, postremo scriba fuit Iehisliæ regis Iuda, 4. Reg. 18. Iesaiæ 22. 36 & cap 37.
Sebida filia Pedaia de Ruma, mater fuit Ioiakim, quĩ & Eliakim regis Iuda, 4. Reg. 23.

uid. n.º 172

Seled *filius Nadab,1.Para.2.*

Sela Mahelkoth, *id est, petra diuidens, mons in tribu Iuda, ubi Saul à persequendo Dauid cessat ob Philistæorum incursionem,1.Reg.23.*

Sela *Edomeorum urbs, id est, petra, à qua Arabia petrea dicitur, Deut.2. quam Amazia cepit, 4.Reg.14. et Ialtheel uocauit, Iesaiæ 16. in Moab collocatur.*

Selomith *filia fuit Zerubabelis, 1.Para.3. Fuit eiusdē nominis Leuites ianitor templi & super thesauros domus domini, filius Sichri, 1.Chro.27. Alius filius Rehabeam ex Maecha uxore, 2.Chro.11.*

Selomith *filius Dibri de tribu Dan, cuius filius blasphemus & maledicus lapidatur ad domini mandatum, Leuiti.24.*

Selaiaz *filius Elionai, 1. Para.3.*

Seles *filius Helem è Asseris tribu, 1. Chro.8.*

Selomi *genitor Abihud, principis tribus Asser, Numeri, 34.*

Selumiel *filius Zurisaddai, princeps tribus Simeon Nume.1.2.& 7.*

Seleutia *ciuitas Iudææ Daphnis memori uicina, in promontorio Syriæ Antiochiæ sita à Seleuco Nicanore condita autore Iosepho lib.18. antiq.iud.16. & Aegesippo lib.4.cap.1. quam Paulus peragrauit, Acto.13.*

Selemia *filius Chusi, de quo Hiere.36. Ibidem legis de alio Selemia siue Salamia filio Achdiel. Alius Selemia filius Hananiæ Beniamita, Hiere.37.*

Alius

Alias Semelia sacerdos à Nehemia super gazophylatium constitutus, Nehe.13.
Selemia *è filijs* Bani, *alienigenam abijcit,* Esræ 10.
Selmonimons *est in* Ephraim *umbrosa & caliginosa.* De quo Psal.68.& Iud.9. Vide *infra* Zelmon.
Sem *filius* Noah *frater* Iaphet, Gene.5.7.9. Iosephus lib.1.cap.8.Iudai.antiq.1.Para.1.*genuit* Elam, Assur, Arphachsad, Lud, Aram, Gene.10.
Semer *uel* Somer *uendidit* Amri *regi* Israël, *montē* Ephraim *nomine* Samariam, *in quo condita est* Samaria *ciuitas*, 3.Regum 16.
Semeber *rex* Zeboim, Gene.14.
Semaia *filius* Sachaniæ, 1.Para.3.
Alius Leuita à Iosaphat *rege* Iuda *emissus, ut legem doceret*, 2.Chroni.17.
Semaia *Leuita è filijs* Merari, *filius* Hasub, 1.Chronicorum 10.& 15.
Alius eiusdem nominis & stirpis filius Galal. Ibidem.
Alius filius Obed Edom *ianitor templi*, 1.Chro.27.
Samaea *Leuita sub* Iehislia, *è filijs* Iedutbun, 2. Chronicorum 29.
Semaia *filius* Adonikam *redux de exilio* Babylonico Esræ octauo.
Semaia *filius* Harim *sacerdotis, repudiat alienigenam*, Esræ.8.Nehe.10.
Semaia *filius* Sachania *ianitor, ædificat in* Hierusalem, Nehe.3.

e Alius

Alius sacerdos, qui obsignat fœdus populi cum Deo, Nehemiæ decimo.

Alius Leuita, qui in Hierusalem habitauit, Nehe.11.

Semaia *filius Delaia, filij Mehetabeel falsus propheta, qui à Tobia & Saneballat principibus Samariæ pecuniam acceperat ad terrendum Nehemia,* Nehe.6.

Semaia *propheta fuit de Kiriath iearim: Hic Roboami regis gesta, quæ desiderantur, conscripsit,* 3.Reg.12, 2.Para.11.*pater Vriæ;* Hiere.26.

Alius filius Ioëlis è tribu Ruben, 1.Chro.6.

Alius Leuitarum princeps sub Iosia, 2.Chro,35.

Alius falsus propheta huius nominis Nehalemites, *De quo* Hiere.29. *qui carnalem quandam populo prædicauit libertatem, suasitq; contra uerbum* Domini *in ore* Hieremiæ *abijcere iugum, unde perijt ipse domusq; eius* Hieremiæ 29.

Semira *filius* Becher, *filij* BenIamin, 1.Chro.8.

Semiramoth *Psaltes & ianitor tabernaculi à Dauide extructi,* 1.Chro 16.

Alius huius nominis Leuita sub Iosaphat rege emissus ab eo, ad docendū populum legem Domini, 2.Chro.17

Semaria *Rehabeā, filius ex* Abihail *uxore,* 2.Chr.11.

Semæi *aliàs Simæi filius* Gerson, *nepos* Leui, Exodi 6. Nume.3. 1.Chro.7. *unde nata est Semeitica familia,* Numeri 3.

Alius filius Ioseph in Christi genealogia numeratur, Lucæ 3, *Abner cognominatus Philoni,*

Semuel

Semuel *filius Ammihud de tribu Simeon, distribuit cum alijs terram promißionis*, Nume. 34.

Sema *Iudæus, Esræ librum legis legenti, ad dextram astitit*, Nehe. 8.

Sema *uel Same, urbs tribus Iudæ*, Iosue 15.

Sema *filius* Ioël *è tribu Rubenia*, 1. Chro. 6.

Semida *filius Manasse*, Iosue 17. *Vnde Semidaitarũ familia nata*, Nume. 26. & 1. Chro. 8.

Senneazar *filius fuit Iechaniæ*, 1. Para. 1. *Hieronymus hunc putat esse in hebraicis quæst. qui Esræ primo Sesbazar dicitur.*

Seni *à Hieronymo Vasseni primogenitus Samuelis prophetæ è tribu Leuitica*, 1. Chroni. 7. *aliàs Ioël dictus* 1. Samuelis 8.

Senaa *apud Esram cap. 2. loci nomen*, & Nehe. 7.

Senaa *reædificauit portam piscium urbis Hierosolymitanæ*, Nehe. 3.

Sen *locus in tribu BenIamitarũ, iuxta quem Samuel erexit lapidem adiutorij*, 1. Reg. 7.

Senne *petræ seu lapidis eminentis nomen in statione Philistinorum*, 1. Reg. 14.

Senir *qui & Hermon & Sireon atq; Sion mons est Amorræorũ, De quo* Deut. 3, Ezech. 27. & *supra Hermon, quamuis* 1. Chro. 6. & Canti. 4. *duo esse scribantur. In hoc monte est cypreßi copia*, Ezech. 27.

Seorim *sacerdos Dauidis è filijs Aaron*, 1. Chron. 25.

Sepharad *Hispania est secundum Hebræum Abdiæ*

commentatorem, & Chaldæam interpretem, Abdiæ 1. At Lyræ locus est in Babylonica regione.

Sepharuaim ciuitas est Assyriorũ, de qua 4. Regũ 18. & 19. legimus, Iesai 37: Vnde coloni in Samariã uenerunt, 4. Regum 17.

Sepho uel Sephi, filius Sobal, princeps Horræorum Gene. 36. 1. Para. 1.

Sephatia filius Reguelis BenIamitæ, 1. Chro. 10. Alius è seruis Salomonis redux ex captiuitate Babylonica in Iudæam, Esræ. 2. Alius Esræ 8.

Sephatia filius Maecha princeps tribus Simeonis sub Dauide, 1. Chro. 28.

Aliue filius Iosaphat frater Ioran, 2. Chro. 21.

Alius qui rediit in Iudæam è Babylonica captiuitate, Esræ 2. & 8. Nehe. 7. 11.

Septuaginta seniores Dei præcepto constituuntur à Mose, & Dominus dat illis de spiritu suo, Numeri. 11 Exodi 24.

Sepher XX. mansio Israëlitarum, uide Sapher.

Sepham terminus Iudææ ad orientem, Nume. 34.

Sepulchra concupiscentiæ, Cibroth Ataua hebræis fuit locus in deserto, ubi XXII. erat mansio filiorũ Israëlis in deserto, Num. 33. Deut. 9. sic appellatusq; populus qui desiderauerat carnes, ibi sepultus sit, Nume. 11.

Sepat Abel locus est, cuius Iudicum historia cap. 7 meminit: interpretatur uero crepido siue extremitas planiciei.

Serab

Serah filius fuit Reguelis, filij Esau princeps Idumæorum, Gene.36.1 Chro.1.

Fuit Serah quoq; filia Asser cum Israële Aegyptum descendens, quã prophetissam fuisse Hieronymus in quæst. hebr. asserit, Gene.46.1.Chro.8.

Serah de Bazra, genitor Iobab regis Idumæorũ, Genesis 36.1 Para.1.

Alius de stirpe Leui filius Iddo, 1, Chro.7.

Serah filius Simeonis, 1.Chro.5.unde Serahitarũ familia nata, Nume.26.hic Iachin, Gene.46.appellatur.

Serah Leuiticæ stirpis, filius Adaia, 1.Chro.7.

Serah filius Iudæ è Thamar, aliàs Sarah, Matth.1.1. Chro 2.& 10.Iosua 7.Nehe.11.quinq; habuit filios Simri, Ethan, Heman, Chalcol, & Dara, 1. Para.2.ab illo orta est Serahitarum familia, Nume.26.

Alius eiusdem nominis rex Aethiopum, hic contra Asam Iudæ regem pugnauit, 2. Chro.14.

Serahia filius Vsi è tribu Leui, 1.Chro.7.Esræ.7.

Sered Sebulonis filius, qui cum Israële in Aegytum profectus est, Gene.46. A quo nata est Sereditarum familia, Nume.26.

Seraia sacerdos fuit Domini, quem in Babylonem abductum peremit rex Babel in Riblath terræ Hemath, 4.Reg.25. Hiere.52.

Alius Seraia, qui cum Serubabel & alijs è Babylonia redux in Iudæam uenit, Esræ.2.Aliàs Asaria dictus, Nehemiæ 7. & 10.

Seraia filius Asiel è tribu Simeonis,1.Chro.5.

Seraia filius Than Humeth Netophatites, princeps Iudææ relictus,4.Reg.25. Hiere.40.

Seraia Leuiticæ stirpis,filius Asariæ,1.Chro.7. Esræ 7.pater fuit Esræ sacerdotis.

SeraIa filius Neri Ia filij Mahasiæ princeps,qui cum Zedekia rege in Babylonem ductus est,Hiere.51.

Alius Seraia sacerdos filius Hilkia,habitauit in Hierusalem,Nehemiæ 11.

Seraia siue Sawsa scriba fuit Dauidis,2.Regum.8.1. Para.19.Iosephus lib.7.cap.5.antiq.Iud.

Seremoth locus extra Hierosylymã urbẽ,Hiere.31.

Serebia Leuita fuit è filijs Maheli,filij Leui,quẽ Esra aduocauit in ministerium templi è Casphia, Esræ.8. Nehe.8.& .10.

Seres uxor fuit Haman principis regis Persarum hostis Iudæorum,Ester.5.

Serug seu Sarug filius Regu,Gene.11.1.Para.1.Iosephus lib.1.cap.14. antiq. ex hoc natus est Nahor auus Abrahæ,uixit annis ducentis,Gene.11.

Serubabel qui & Barachias dictus fuit.filius Sealtiel,princeps Iudaici populi post Babylonicam captiuitatem,1.Chro.3.Haggæi 1.&.2.Esræ 2.&.3. Nehemiæ 7.Zachariæ 5.qui duos habuit filios,iuxta euangelistas Matth.1.& Lucæ 3.unum Ressa,cognomine Misciollã. De quo supra scriptum est,cuius progeniem Lucas recitat. Alterum Abiud cognomento Hanaia, sic enim,1. Chro.

Chroni.3.uocatur alter filius, cuius stirpem Matthæus prosequitur. Hic ab Euangelistis Zorobabel dicitur.

Sergius Paulus proconsul Cypri uir prudens, quem Paulus ad fidem conuertit, Acto.13.

Seraphim angelos esse perhibent, & administratorios spiritus, qui emittuntur in ministerium propter eos qui salutis hæredes erunt, Hebræorũ 1. Milia enim Milium ministrant Deo, & decies milies centena milia aßistunt ipsi, Danie.7. Hebr.12. Psalmo 90. Marci,1. Appellati autem sunt Seraphim ob ardorem amoris, uel claritatem uisionis. De quibus lege Iesaiæ 6.

Sesan filius Iesei, 1 Para.2.

Sesbazar princeps Iudæ fuit in reditu Iudæorum è Babylonica in Iudæam, cui Cores rex Persarum dedit uasa templi reportanda Hierosolymam, Esræ 1. Hic fundamenta templi posuit, Esræ.5.

Sesai filius Enak, filij Arba, pulsus à Caleb, Iosuæ.15. Iudicum primo. Hic in Hebron habitauerat, Nume.13.

Sesah rex est, secundum Nicolaum Lyram Aegypti, secundum uero Hebræum Hieremiæ commentatorẽ Babylonis, de hoc Hiere.25. & .51.

Sethan filius Bilhan è tribu BenIamin, 1. Chronicorum octauo.

Alius Leuita filius Laedan, 1, Chro.24.

Setham filijs Iehielis Leuitæ, ianitor templi, 1. Chronicorum 27.

Sethar eunuchus fuit Ahasueri regis Persarũ, Esræ.1.

Ibidē legitur huius nominis & sapiēs eiusdē regis Per.

Seth *filius Adam & Euæ pius & uir egre (sarum.* *gius, Gene. 4. Iosephus lib. 1. ca. 4. Iud. antiq. 1. Para. 1. Hic à ponendo nomen habet, quia posuerat eum Deus pro Abel. Hiero. in hebr. quæst. Hic filium habuit Enos nomine, quem ipsi uxor peperit cum esset 105. annorū, uixit annis 912. & mortuus est, 1. Mose. 5.*

Sevua *pater Machbena filius Chaleb ex Maecha cō cubina, 1. Para. 2.*

Seuena *Syenæ urbs in confinibus Aethiopiæ & Ae gypti, supra Alexandriam meridiem uersus quinquagin ta milia stadiorum, Quæ recte sita est sub æstiuo tro pico, hoc est, sub cancro in extremo torridæ Zonæ, Inde fit cum Sol ad cancrum uenit in medio solstitij die, su pra uerticem urbis candens, nullam prorsus umbram facit, Lucanus li. 2. Atq; umbras nusquā flectente Syene Hæc Stephano à Syeno Daeti filio cognomen adepta est. Meminit illius Ezech. 29. & 30.*

Sia *uir de tribu Gad, 1. Chro. 6.*

Sibai *aliàs Saph dictus de genere Rapha Philistæus, à Sibechai Iudæo percussus, 1. Chro. 21. 2. Reg. 21.*

Sibaina *urbs terræ Gilead in tribu Ruben, Iosuæ. 13 Hæc antea Amorreorum fuit, Nume. 32. ultra Iordanē & Moabitarum, Hiere. 48. Iesaiæ 16.*

Siberaim *locus est, cuius in hunc modum meminit Ezechiel cap. 47. Siberaim, quæ est inter terminū Da masci, & inter terminum Hemath.*

Sibechai *Husathites percußit Saph gigantē de filijs Rapha, 2. Regum 21. Aliâs Mebunari, 1. Chro. 12. et 28. Verum Saph, 1. Chronic. 21. Sibai dicitur.*
Sicron *urbs ad Aquilonem tribus Iudæ, Iosuæ 15.*
Sicelech *urbs tribus Simeonis, Iosua 19. Vide infra Ziklag.*
Sichem *filius Hemor Heuæus princeps Cananæus urbisq; Salem, Hic Dinam filiam Iacob raptam stuprauit dignasq; sceleris pœnas persoluit, Gene. 34.*
Sichem *metropolis Samariæ in monte Ephraim, 3. Reg. 12. quam ædificijs muniuit Ierobeam, 3. Regum 12. 2. Chronic. 16. ubi ossa Ioseph patriarchæ sepulta fuerunt, Iosuæ 24. Actorum 7. & ubi moriturus Iosua populo dei beneficia recenset, ut confirmaret in cultu unius dei, Iosua ultimo. Eadem supra Sechem dicitur, ubi uide hæc à Hieronymo in hebraicis quæstionibus, Neapolis Samaritanorum urbs nuncupatur. Videtur binominis fuisse, Nam Gene. 33. Salem quoq; dicitur, Ioan. 4. corrupte Sichar legitur. Hæc à Sichem filio Hemor rege suo, uocabulum sumpsit, Actor. 7. Habes eiusdem mentionem Psalm. 60. & 108.*
Sichem *filius Semidæ è tribu Manasse, 1. Chronic. 8. Vnde Sichemitarum familia orta est, Nume. 26.*
Sichri *tribus BenIamin uir, filius Simei, 1. Chroni. 9. Alius eiusdem nominis & stirpis filius Sasak, 1. Chro. 8. & Ieroham.*
Alius pater Elisaphat, 2. Chro. 23.

paruus tamen est, cuius fit mentio Iesaiæ 8. De Siloah piscina Ioan. 9. & supra annotatum est.

Siloe turris cecidit super decem & octo, quos occidit Lucæ 13.

Silas discipulus domini & propheta primarius, qui cum Paulo, Barnaba, & Barsaba missus fuit ad fratres qui fuerant Antiochiæ, Actor. 15. hic à Philippensibus unà cum Paulo male fuit tractatus, Acto. 16.

Syluanus Pauli in Euãgelio adiutor fuit. Vnde eum tam sæpe præponit in frõte epistolæ: hic Corinthijs prædicauit Christum, sicut uides 2. Corinth. 2. & 1. Thess. 1. & 2. Thessa. 1. De hoc etiam diuus Petrus 1. Petri 5.

Silpa ancilla Leæ, peperit Iacob Patriarchæ Gad & Aser, Gene. 29. & 30.

Silhi parens Asubæ auus Iosaphat regis Iuda 3. Reg. 22. 2. Chro. 20.

Sillem filius Naphthali cum Iacob patriarcha in Aegyptum descendit, Gene. 46. Ipse 1. Chro. 8. Sallũ appellatur. Ab hoc Sillemitarum familia orta est, Nume. 26.

Silla locus, forte in tribu Ephraim, cuius fit mentio 4. Regum 12.

Simron Meron aliàs Somerõ ciuitas Chananææ cuius regem expugnata urbe interfecit Iosua, Iosua 12.

Simron aliàs Semron urbs in tribu Zebulõ, Ios. 19. Fuit etiam Isaschari filius simron nomine, 1. Parali. 3. Gene. 46. Vnde Simronitarum familia, Nume. 26.

Simri seruus Ella regis Israëlitarum, qui fecit conspi-

rationem in regem dominũ suum, quo interfecto regnũ Israëliticum arripuit, 3. Reg 16. 4. Reg. 9.

Fuit eiusdem nominis filius Serah, 1. Para. 2.

Alius è Leui Hossæ filius ianitoris, 1. Chro. 27.

Alius Leuita sub Iehiskia 2. Reg. 29.

Est & Simri filius Salu princeps tribus Simeon fornicator publicus in deserto Moabitarum, quẽ Pinehas gladio transfodit, Nume. 25.

Alius eiusdem nominis Samaiæ filius è tribu Simeon, 1. Chronico. 5.

Alius è tribu BenIamin de genere Saulis, filius Ioadda, 1. Chronico, 9. 10.

Simri regionis nomen apud Hieremiam, cap. 25.

Simron urbs regalis in Israël in uertica montis Somer posita, ab hac omnis uicina regio nomen accepit. Ipsa media inter Iudæam & Galilæam iacet, quemadmodnm scribit Aegesippus lib. 3. cap 6. ab Amri Israëlitici populi rege condita. Ipse enim Simron, id est Samariam montem à quodã Semer emit, ciuitatẽq; quam in montis uertice extruxerat, à uendentis nomine Simron, hoc est, Samariã appellauit, 3. Reg. 16. Hac deinde reges Israëlitarum pro regia usi sunt, aliàs ut Eusebius testatur Esthemias est dicta, mox post Hircani Iudæorũ põtificis expugnationẽ ab Herode rege Antipatri filio iterum ædificata, atq; in honorem Augusti Græco uocabulo σεβαστὴ, id est augusta nominata est, Stephano Neapolis quoq; nuncupatur. De hac Volater. lib. 11.

Simrith

Simrith *Moabitis, parens Iosabad serui et percusso-ris Ioas regis, 2. Chro. 24.*

Simrath *Simei filius è tribu BenIamin, 1. Chroni. 9.*

Simeon *filius Iacob, patriarchæ, ex Lea ancilla, ab audiendo nomē habens. Dixerat enim mater eius: quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi, Genes. 29. In Mesopotamia natus est, Genes. 35. Huius filij fuerunt Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin, Zohar & Saul filius Chananitidis, Genes. 46. 1 Chronic. 5.*

Ab hoc tribus Simeon appellationem sumpsit, Cuius hæreditas fuit in medio filiorum Iuda, Iosua 19. Iosephus inquit lib. 5. cap. 3. antiquitatum Iudaicarum. Simeoni in secunda sorte prouenit Idumæa, quæ circa Aegyptum est, & Arabiæ montem. Lege etiam 1. Chronicorum 5. Ezech. 48.

Limites & urbes tribus Simeonis *fuerunt.*

BeerSeba	*Aim*
Seba	*Rimon*
Molada	*Ether uel Ethan*
Hazar Sual	*Asan*
Bala, aliàs Bilha	*Baalath*
1. Chronico. 5.	*Beer*
Azem uel Ezem	*Ramath*
ElTholad.	*Iosua 19*
Bethul	*Beth Birei*

Harma

Harma	Saaraim
Ziklag	Thochem
Betha Marcaboth	Etam
Hazar Sussa	Ezem
BethLebaoth	Bilha
Seruhen	1.Chro.5.

Simeon alius huius nominis è filijs Harim, repudiat alienigenam uxorem, Esræ 10,

Alius Simeon, Lucæ 3. est Ioas rex Iuda, & Eli quoq; dictus, nam trinomius fuit, 4.Reg.12.

Simeon Hierosolymitanus, ciuis iustus ac pius, expectans consolationem Israël: Responsum acceperat à spiritu sancto, se non uisurum mortem, nisi prius uideret Christum domini. In suas ulnas accepit infantem Iesum, & laudauit dominum, Lucæ 2.

Simon è tribu Iudæ, uir filios habuit Amnon, Rinna, Benhanan, Thirolon, 1.Para.4.

Simon qui uocabatur Niger propheta, fuit Antiochenus. De quo Actorum 13.

Simon discipulus Iesu Christi, primũ piscator, aliâs Petrus à firmitate fidei dictus, Matt.4.10.16. Ioan.1.et 20. Idem etiam Cephas, Ioannis 1. & 1. Corinth.1. & 3. & Simon filius Iona & Ioannis, Ioannis 1. & 21. dictus fuit.

Fuit alius Simon, ut eiusdẽ nominis, ita quoq; eiusdem apostolatus, à Christo ad prædicandũ Euãgeliũ missus. Hic Chananæus, Matt.10. & Zelotes ad aliorũ differentiam

rentiam appellatus fuit, Marci 3. Luc. 6. Acto. 1. frater Iacobi, Iosis & Iudæ, Matth. 13.
Tertius Simō fuit Iudas Ischariotes, proditor Iesu, Matthæi 10. Ioan. 12.
Simon magus in Samaria multis annis præstigijs magicis populo imponens ad prædicationem Philippi credidit & baptizatus est, putansq; dona spiritussancti pecunia redimi, excommunicationis sententiam à Petro apostolo meruit, Acto. 8. Hic multos sui criminis cōsortes & posteros reliquit, quibus Simoniacorum nomen mansit. Vide Euseb. lib. 2. cap. 1. & 13. eccle. historiæ.
Simon leprosus Bethaniensis, in cuius domo mulier alabastrum unguenti preciosi effudit super caput Iesu, Matt. 26. Marci 14.
Alius Pharisæus, qui et ipse Christū inuitauerat, Lu. 7.
Alius Simō Cyrenæus pater Alexandri et Rufi, quē Iudæi coēgerūt, ut ferret crucē post Iesum, Lu. 23. Mar. 15
Simon coriarius in Ioppe ciuitate Palestinæ, apud quē Petrus hospitio fuerat, Actor. 9. & 10.
Simeathitæ familia in Iacbez, ut habet liber Chroνικῶν 1. Para. 2.
Simæi filius Zachur è tribu Simeonis, habuit sedecim filios, & sex filias, 1. Chro. 5.
Alius è tribu Ruben filius Gog, 1. Chro. 6.
Alius filius Gerson, filij Leui, 1. Chro. 7. 24.
Alius 1. Chron. 26.
Simmei filius Libni è Leuitica stirpe, 1. Chronic. 7. Zach. 12.

Simei è tribu BenIaminis uir,1.Chr.9.filio Kis,auus Mardachai,Ester 2.
Alius Simæi Ramabites præfectus uinearum Dauidis fuit,1.Chro.28.
Simei Leuita repudiat alienigenam,Esræ 10.
Alius Hasum filius, Ibidem.
Alius filius Bani,alienigenas repudiarunt,Ibidem.
Simei filius Gera,filij Iemini de domo Saul è Bahurim,maledixit regi Dauidi,2.Reg.16.qui deinde iussu Salomonis ob lesæ maiestatis crimē interficitur,3.Reg.2
Alius eiusdem nominis nepos iechaniæ,filius Phadaliæ 1.Para.tertio.
Simæi qui maledicebat Dauid,ipse est Nabath pater Ierobeam,qui filius Iemini dicitur, & in Zelo domus Saul maledixit Dauid. Nomen uero aui eius Iemini fuit:& ipse Semæi ex tribu Ephraim filij Ioseph extitit. Vnde & idem Simæi ad Dauid dixit:Primus quoq; ueni hodie de omni tribu Ioseph,2.Reg.19.hæc diuus Hieronymus in hebr.quæst. Hic Simæi in titulo Psalmi.7. appellatur Cus,propter fœdos suos mores,quibus Aethiopes uocati sunt paßim:uel quod binomius fuerit.
Simæi amicus Dauidis,non fuit cum Adonia cum regnum affectaret,3.Reg.1.Forsan est is,qui postea à Salomone præficitur tribui BenIamin,qui Ela fuit filius,3 (Reg.4
Simæa frater Dauidis,2.Reg.13.1.Para.2. uidetur is esse,qui,1.Reg.16.dicitur Samma,2.Reg.5.
Est alius Simea Dauidis filius,1.Para.3.aliàs Samua dictus.

Simæa *filius* V*ſa tribus Leuitici*, 1. *Chronico*.7. *Fuit alius eiuſdem nominis & ſtirpis, filius* Michael, 1. *Chronico. ſeptimo.*

Alius de genere BenIamin *filius* Mikloth, 1. *Chro*.9.10.

Sima *filius* Iobath *è ſtirpe* Leui, 1. *Chro*.7. *filium habuit* Ioab *Leuitam temporibus* Iehiskia, 2. *Chro*.29.

Simeia *filius* Nathanael *è Leuitis ſcriba* Dauidis, 1. *Chronico*, 25.

Simſai *ſcriba* Samariæ, *qui unà cũ* Rehum *accuſatorias ſcripſit literas cõtra* Hieruſalẽ *inſtauratores*, Eſ.4

Simeath Ammonitis *genitrix* Ioſabar *ſerui et homicidæ* Ioas *regis*, 4. *Reg*.12. & .2. *Chro*.24.

Simſon *patre* Manoah *de ſtirpe* Dan, *ex ſterili alias, matre iuxta* Dei *promißionem genitus: iudex* Iſraëlitarum *per* XX. *annos fuit, qui ab uxoribus ſuis alienigenis, & ſcortis circumuentus eſt aliquoties*, Lege Iudi. 15. *uſq; ad caput* 16.

Simran *filius* Abrahæ *ex* Ketura, *Gen*.25.1. *Para*.1.

Sin *deſertũ* Arabiæ *inter* Elim & Sinai, *ubi fuit octaua manſio filiorum* Iſraël, Nume. 33. Exo. 16. Pſalm. 78. *Interpres* Ezechielis 30. *tranſtulit pro hoc* Peluſium. *Scribit autem* Hieronymus *in* 42. *manſionibus. Sciendum quod omnis uſq; ad montem* Sinai *eremus* Sin *uocatur, & ex tota prouincia etiam locus nomen unius manſionis acceperit. Sicut* Moab *tam urbis quàm prouinciæ nomen eſt. In hac ſolitudine quinq; manſiones ſunt* Iam Suph, & *eremus* Sin & Dapca, & Alus, &

Raphi-

Raphidim, Hæc Hieronymus in quæst. hebr.

Sina *filius Simæi nepotis Leui, 1. Chro. 24.*

Sina *mons est in deserto Arabiæ in regione Madian, coniunctus ei monti, qui nunc est Hierusalem, Gala. 4. Acto. 7. excelsus, & ad pasturas egregius, optimas herbas habens, testis Iosephus lib. 2. ca. 12. Iud. antiq. iuxta hunc filij Israël habuerunt duodecimã mansionem, Numeri 33. Et Mosi lex diuinitus est data, Exo. 19. Alius Har Eloim, id est, mons Dei & Horeb. Et Casius uelut nonnulli putant, de quo Plinius lib. 5. cap. 12. Pompo Mela in 1. & 3.*

Sini, *hoc est, Sinæus, qui nobis dicitur Cynæus, filius fuit Chanaan, filij Ham, Gene. 10. & 1. Chro. 1. Ab hoc orti sunt Cynæi populi, qui ad meridiem Iudææ siti fuerunt & regio Sinim, cuius meminit Iesaias propheta capite 49. Vide Hiero. in traditionibus hebraicis.*

Synear *ad orientem regio, & campus Babylonis fuit in qua sitæ sunt Babel, Ered, Acad, & Chalne, Gene. 10. 11. Iosephus lib. 1. cap. 9. antiq. Iud. Danie. 17. Zach. 5. Iesaiæ 11. pro Chaldæis & Babylonijs sumitur.*

Syntyche *fidelis quædam apud Philippenses mulier cuius meminit Apostolus Philip. 4.*

Sineab *rex Adama, de quo Gene. 14.*

Sion *mons est Amorræorum, qui aliàs Hermon dicitur, Deut. 4. Mons enim ille Hierosolymitanus Zion nõ Zion scribitur.*

Sion *aliàs Senon urbs in tribu Isaschar, Iosue 19.*

Siph duæ sunt urbes tribus Iudæ, Iosuæ 15. aliàs Ziph ex quibus altera nomẽ dedit magnæ solitudini, in cuius montanis latuit Dauid aliquandiu, 1. Reg. 23. Huius ciues prodiderunt Sauli Dauida, 1. Reg. 23. & 26. Vide titulum Psalmi 54. & 2. Chro. 11.

Siph filius Mesæ primogeniti Caleb, 1. Para. 2.

Siph filius Iehaleleel è tribu Iuda, 1. Para. 4.

Sipha quoq; filius Iehaleleel, 1. Para. 4.

Siphimi gentilitium nomen, 1. Chro. 28.

Siphei filius Alon è tribu Simeonis clarus uir, 1. Chr. 4.

Siphamoth locus tribus Iudæ, ad cuius ciues (si. Dauid munera de præda Amalechitarmm misit, uelut legis, 1. Samue. 30.

Siphrona aliàs Zephrona terminns Iudæ est ad septentrionem, Nume. 34.

Siphra obstetricis nomen, quæ noluit infantes Hebræorum necare iussu Pharaonis, Exod. 1.

Siphthan genitor Kemuelis principis tribus Ephraim, Numeri 34.

Sira locus est, qui secundũ Iosephũ lib. 7. cap. 1. uiginti stadijs ab Hebrone distat. Vide supra Borhasyra.

Syria ad Aquilonem Iudææ sita, quæ Hebræis Aram dicitur, regio est inter flumen Euphratem & mare magnum usq; ad Aegyptũ pertingens, habet maximas prouincias Comagenam. Phœniciam, & Palestinam, absq; Saracenis & Nabatheis, quorũ gentes sunt duodecim. De quibus plura Strabo li. 16. Huius mẽtio est Math. 4

Paulus

Paulus hanc adnauigauit, Acto.18. & prædicauit in ea Christum, Gala.1. De hac etiam Amos 1.

Syria Damasci est Decapolis in terra Chanaan, ubi Damascus metropolis est, 2.Reg.8. & 1. Para.18. Hæc aliàs Aram Soba dicitur.

Syri Damasceni, Hadad Esoro suppetias laturi cōtra Dauidem cæduntur, & fiunt tributarij, 2.Reg.8, 1.Para.18. Iosephus lib.7.cap.5.antiq.1.Chro.20.

Syrus persequutus est Iacob, Deut.26.

Syracusa metropolis Siciliæ sub promontorio Pachino. Siquidem Sicilia ipsa tribus est distincta promontorijs. Vnde & à trianguli specie Trinacria quondā uocata, mox à Sicub rege Sicilia dicta est, primū promontorium dicitur Pelorum, & spectat ad Aquilonē, cui Messana ciuitas proxima est, & aduersum ex Italia dictum est promontoriū Cenus, duodecim stadiorū interuallo. Secundū dicitur Pachinum, quod respicit ad Euronotū Tertiū appellatur Lilibeum, ciuitatē eiusdem nominis habens, & dirigitur in occasum. Syracusis Paulus Romam proficiscens, triduo permansit, Acto.28.

Syrtes harenosa in mari magno loca multa terribilia & metuenda, eo quod ad se omnia diripere soleant, & appropinquanes uadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Aegytiū uicinæ sunt, & pariter admiscentur. De Syrtibus Aphricæ, lege Pliniū lib.5.cap.4. natura.hist. Harum quoq; Lucas Acto.27. meminit.

Sireon qui & Hermon, mons est Amorræorum, de

quo supra, & Deutero.tertio. Psalmo 29.

Sissemai *filius Elleasa,3.Para.2.*

Sissera *dux exercitus Iabin regis Hazor in bello contra Israëlem à Iacle muliere necatur,Iudic.4.Psalm.83*

Alius Sissera ex Nethinim redux in terram Iuda è captiuitate babylonica, Esræ,2. Nehe.7.

Sisak *rex Aegyti. deuastauit templum Salomonis,3. Regum 11. & 14.Idem contra Rehabeam pugnauit,2. Chronicorum 12.*

Sisa *Rubenites genitor Adina robusti Dauidis,1.Chronicorum 12.*

Alius eiusdem nominis,filius Rehabeã ex Maecha uxore,2.Chronicorum 11.

Sisa *genitor fuit Elihoreph & Ahila scribarum Salomonis,3.Regum 4.*

Fuit eiusdem nominis filius Siphei è tribu Simeonis,1. Chronicorum 5.

Sitena *fons est à seruis atq; pastoribus Isaac fossus, qui interpretatur odium,quod pastores Gerar restiterint,Gene.26.Inde diabolus Sathan appellatur ab resistendo & aduersando,quod pijs omnibus modis aduersetur.Hide Hierony.in hebr.quæst.*

Sittim *locus in campestribus Moab, nõ procul à Iordane & Phogora monte,ubi fixerant tentoria filij Israel,Nume.33.à spinarũ multitudine nomen habens,quo loco fornicatus est Israël cum filiabus Moab,Nume.25 Vnde Iosua misit exploratores ad inuestigandã Hierichuntis*

chuntis terram, Iosua 2. Ioelis 5. Michææ sexto.

Sitari *Saronites præfectus fuit armentorum Dauidis in Saron, 1. Chro. 28.*

Sithri *filius Vsielis, nepotis Leui, Exo. 6.*

Slomoth *filius Iezeharis Leuita, 1. Chro. 25.*

Smyrna *clarißima ciuitas Ioniæ, autore Plinio in. 5. cap. 29. Strabone lib. 14. quam Homeri fuisse patriam pleriq; indicant. De qua re lege Aulum Gellium lib. 5. cap. 11. noctium atticarum. Ad huius ecclesiam Ioannes Apostolus scripsit, Apoca. 1. & 2.*

So *uel Soah rex Aegypti fuit, ut legis 4. Reg. 17.*

Sobab *filius Dauidis, natus ipsi Hierosolymis, 2. Regum 5. 1. Para. 3. & 14.*

Sobab *filius Chaleb, 1. Para. 2.*

Sobach *princeps militiæ Hadad Eser regis Zoba in prælio contra Dauidem occiditur, 2. Reg. 19. 1. Chro. 20 Sophach nominatur.*

Sobi *filius Nahas regis Ammon, cũ quo Saul pugnauit, 1. Reg 11. Ipse de Rabbath ciuitate Ammonitarũ attulit Dauidi & exercitui eius omniũ rerum copiam in alimentum, 2. Reg. 17. Hic Sobi constitutus est rex post interemptũ Anon fratrem suum à Dauide, ideoq; hanc gratiam retulit Dauidi, Hiero. in quæst. hebr.*

Sobal *filius fuit Seir Horræi, Genesis 36. 1. Paralipomenon primo.*

Alius eiusdem nominis filius Chaleb pater Kiriath Iearim, 1. Paralipo. 2.

Sobal *nepos Iudæ,1.Para.4.De Chaleb,qui alio nomine Sela dicitur,Hiero.in hebr.quæst.*
Sobai *cantor post Babylonicam captiuitatem,Esræ 2 Nehemiæ 7.*
Sobek *primas Iudaici populi post seruitutem Babylonicam, Nehe.10.*
Socho *locus in tribu Iuda,Iosuæ 15.ubi conuenerũt Philistijm contra Israël,1.Reg.17.2.Chro.27,3.Reg.4 Huius pater est Heber,1.Para.4.hanc Rehabeam ædificauit.2.Chroni.11.*
Sochoth *Benoth idolum fuit Babyloniorum in Samariam delatum & cultum, 4.Reg.17.*
Socheleth *uel Soheleth lapis est iuxta fontem Rogel extra urbem Hierosolymitanam,ubi Adonias uictimas immolauit,3. Regum 1.*
Sodoma *ciuitas Syriæ est ad orientem terræ Iuda sita,quam Moses ob incolarũ libidinem in mares exemplo flagrasse testatur,Gene.18.& .19.Deute.29.Amos 4.Ezechie.16.Zepha.2.Iesaiæ 13.2.Petri 2. Sodomitæ Aegesippo teste in 4.cap.18.quondam huberrimã regionem inhabitabant,habundantem fructibus, distinctam quoq; urbibus splendidißimis:& alia plura quæ illic lege quæ ex Genesi 13.deprompsit Aegesippus.*
Sodi *aliàs Chusi in Babylonia flumen,iuxta quod Baruch prophetiam suam legit, Baruch 1.*
Sodi *è tribu Sebulon pater Gadielis exploratoris,Numeri decimotertio.*

Sobeth

Soheth *filius Iesei è tribu Iudæ,1.Para.4.*

Soham *Leuita filius Iaesia nepotis Merari,1.Chr.25*

Solomo *Dauide patre ex BatSeba genitrice natus, rex Hebræorum sapientißimus, Hierosolimæ 40. regni anno diē obijt,3 Reg.1.Habuit regiones tributarias multas nimis,quam Iuda & Israël,populum quoq; innumerabilem: pacem habuit undiq; & in circuitu ab omnibus inimicis suis.Dedit quoq; deus ei sapientiā & prudentiam multam nimis & latitudinem cordis quasi arenam quæ est in litore maris, & præcedebat sapientia eius, sapientiam omnium orientaliū & Aegyptiorum. & sapientior erat cunctis hominibus, 3.Regum 4.Fueruntq; ei septingentæ feminæ uxores,& trecentæ concubinæ, quæ auerterunt cor eius in senectute sua,ut coleret Astoreth idolum Sidoniorum, & Milcom abominationem Ammonitarum,& Chamos deum Moabitarum,3,Reg.11.Lege 2.Chro. à capite 1. usq; ad 10.*

Somrom *cuius rex pugnauit contra Israël, Iosu.11.*

Somer *genitor Iosobad serui & homicidæ Ioas regis 4. Reg.12.*

Alius eiusdem nominis è tribu Asser filius Heber, 1. Coronico.8.

Sopher *princeps militiæ regis Iuda in Babylonem captiuus abducitur,et à rege Babel in Riblath terræ Hemath occiditur,4.Regum 25.Hierem.52.*

Sophan *ciuitas Amorræorum ultra Iordanē ad orientem,quam tribus Gad sorte accepit,Nume.32.*

Sophereth *è seruis Salomonis redux è Babylonica captiuitate, Esræ 2. Nehem. 7.*
Sopater *Berroensis comes Pauli Asiam usq;, Acto. 20. Huius & Apostolus Romanorum 16. meminit Sosipatrum appellans.*
Sorek *torrentis nomen est in tribu Dan in terra Philistinorum prope Esthaol, iuxta quem Simson adamauit Delila, Iudicum 16. Hebræis significat uitem, Gene. 49, Hieron. in heb. quæst.*
Sosthenes *princeps synagogæ in Corintho urbe, pius ac fidelis homo, quem Græci productū percutiebant ante tribunal Gallionis proconsulis Achaiæ, Actor. 18. Huius etiam nomine scribit Apostolus, 1. Corinth. 1.*
Sotai *è seruis Salomonis redux in terram Iuda post captiuitatem Babylonicam, Esræ 2. Nehem. 7.*
Spelunca *duplex est in agro Ephronis respiciens Mamre, quæ est Hebron, in terra Chanaã, ubi Sara sepulta iacet. Genes. 25.*
Sphuphan *filius Belæ filij Beniamin, 1. Chronic. 9. à quo familia Sphuphanitarum orta est, Nume. 26.*
Stachys *fidelis & dilectus Pauli, quem Apostolus salutat, Roma. 16.*
Sthar *è Bosen præfectus Samariæ, Iudæorū hostis templi ædificationem impedire conatur, Esræ 4. & 6.*
Stephanus *unus è septem diaconis, uir plenus spiritu sancto & sapientia cœlesti, à Iudæis lapidatur, uelut copiose Lucas Actor. 6. & 7. narrat, cuius morti et*

Paulus

Paulus testis aderat, custodiens uestimenta interficientium eum, Acto.22 hunc curauerunt uiri religiosi, fecerunt; planctum magnum super eum, Acto.8.

Stephana *mulier Corinthia, cuius familiam Paulus baptizauit, 1. Corinth. 1. unde eam Paulus commendat, quod primitiæ extiterint Achaiæ, & in ministeriū sanctorum seipsos ordinarint, 1. Corinth. 16.*

Sthur *filius Michael tribus Asser explorator ad terram Chanaan à Mose missus, Nume. 13.*

Sua *Chananæus uxoris Iudæ filij Iacob patriarchæ genitor, Genes. 38, 1. Chron. 2.*

Sua *filia Ammiel genitrix Bathscheba uxoris Dauidis 1. Para. 3.*

Sua *filia Heber è tribu Asseris, 1. Chronic. 8.*

Suah *filius Abrahæ ex Kethura, Gene. 25. 1. Para. 1. à quo & Suah regio nomen accepit: unde fuit Bildad, Hiob. 2.*

Alius filius Zophah è tribu Asser, 1. Chronic. 8.

Sual *portiuncula terræ Chanaan, ubi Philistijm cuneum contra Israël direxerant, 1. Reg 13. Septuaginta legunt Sogal.*

Sual *filius Zophah è tribu Asser, 1. Chron. 8.*

Subael *Leuitici generis homo sub Dauide, 1. Chronicum 25. & 26.*

Sucoth *uel Soccoth urbs in tribu Gad prope Iordanem & Sichem urbē, Iosuæ 13. ubi Iacob fixit tabernaculum, Gen. 33. Vnde Psal. 59. legitur conuallē tabernaculorum*

culorum dimetiar: similiter Psal. 60. & 108. 3. Reg. 7. 2. Chro. 4. Hieronymus in quæst. heb. Est autem usq; hodie ciuitas trans Iordanem hoc uocabulo in parte Scythopoleos, De qua in libro locorum scripsimus.
Sucoth ciues abnegarunt exercitui Gideonis panes & male mulctati sunt, Iudic. 8.
Suchoth aliâs Sochoth in Aegypto, secunda mansio fuit filiorum Israël in deserto, ubi azymos panes coxerunt, Nume. 33. Exod. 12. & 13. id est tabernacula fixerit Israël per anticipationem dictus. De hac Iosephus lib. 10. cap. 14 & lib. 11. cap. 5. antiq. Iudaicarum.
Est et Sucoth regio à Græcis τρωγλοδύτις dicta, quæ ad rubrum mare excurrit, ubi Succym, hoc est, Troglodytæ habitant, quorum fit mentio 2. Chro. 12.
Suchathei in Iaebez familia, cuius 1. Paralip. ca. 2. meminit.
Suha frater Chalub de tribu Iuda, genuit Mehir, 1. Para. 4. sunt qui hunc aliâs Ram dictum contendant, teste Hieronymo in quæst. hebraicis.
Suham filius Dan, à quo orta est Suhamitarum familia, Nume. 26.
Sulamith Canti. 6. sponsæ nomen est, à pace nomen habens, quemadmodum etiam sponsus Solomo.
Sumathei in Kiriathiearim familia, de tribu Iuda 1. Paralip. 2.
Summua filius Galal, Leuita, Nehem. 11.
Sunem urbs in tribu Isaschar, Iosue 19. iuxta quam
Philistei

Philistæi exercitum produxerant contra Saul regem, 1. Regum 28. ubi Sunamitis mulier hospita Helisæi erat, 4. Regum 4.
Suni filius Gad in Aegyptum cum Israële profectus, Gene. 46. Inde familia Sunitarum, Nume. 26.
Supim filius Ir è tribu Beniamin, 1. Chron. 8. Alius eiusdem nominis è Leui ianitor templi, 1. Chr. 27
Suph & rubrum & scirpum significat, unde iam Suph, id est mare rubrum à colore, uel iuncis, uel carici bus: de quo supra.
Sur eremus inter Kades & Bared, Genes. 16. 20. quæ etiam Etham dicitur, autore Hieronymo in 42. mansio nibus, ubi Israël post transmissum mare, castra posuit, Exod. 15. respiciens Aegyptum, Gen. 25. uidetur eo loci Saul percußisse Amalekitas, 1. Reg. 15. fit huius mentio, 1. Reg. 27. & Genes. 16.
Sur quoq; est Syria, sicut ab Assur Assyria nomen habet.
Sur præterea Hierosolymitana porta uidetur fuisse, 4. Regum 11.
Susim gigantes in Ham tales fuerunt, quales Repha im, Deute. 2. à Kedar Leomer cæsi, Genes. 14.
Susan uel Susa metropolis Persici regni, Danielis 8. à qua Susiana regio apud Persas nomen accepit à Da rio Histaspis filio condita, Plinio lib. 6. cap. 27. Strabo ni uero Titoni patris Memnonis est ædificium, cognomi nata Stephano à fontibus, qbus locus abũdat, hac enim

dictione ait in ea regione, ita fontem dici. Aurigallus uult dictam non aliter ac Florentia à flore, & Rhodus à Rosa, Danie. 8. Esræ 4. Nehem. 1. Ester. 1. Lege Iosephum lib. 10. cap. 14. & lib 11. cap 5. antiq. Iud.

Susi *de tribu Ioseph ex Manasse genitor Gaddi exploratoris, Nume. 13.*

Susanna *filia Hilkia sacerdotis uxor Ioakim pulchra nimis, & facie decora, quam parentes erudierunt in lege Domini: hæc maluit oppetere mortē & incidere in manus hominum, quàm consentire adulterio, & incidere iram domini, Dauie. 13. Horrendum enim est incidere in manus dei uiuentis, Hebræ. 10.*

Alia Susanna fidelis mulier, quæ Christum sequuta, ministrauit ei de facultatibus suis, Lucæ 8.

Suthelah *filius fuit Ephraim filij Ioseph, 1. Chron. 8. Vnde familia Suthelahitarum, Nume. 26.*

Alius eiusdem nominis filius Sabad è tribu Ephraim, 1. Chronic. 8.

T

THaanach *uel Tenach, urbs tribus Manasse, Iosuæ 17. Iudic. 5. quam Iosua expugnauit ipsius rege interempto, iuxta quā Debora contra Sisserā dimicauit, Iudic. 5.*

Tabaoth *ex Nethinim post Babylonicam captiuitatem, Esræ 2. Nehem. 7.*

Tabea *discipula Christi, quæ interpretatur Dorcas, siue Caprea, in Ioppe ciuitate plena operibus bonis &*

eleëmo

eleēmosynis, quas faciebat, quum moreretur, rursum à Petro suscitatur, precibus fidelium. Acto.9.

Tabeal *apud Iesaiam cap.7. propriū nomen filij Remaliæ, ut quibusdam placet, alij Syrum filium Bel fuisse dicunt, sunt qui & idolum putent.*

Tabeel *præfectus Samariæ Iudæorum hostis, quos accusauit coram rege Persarum, Esræ 4.*

Tabath *locus in terra Chanaan, non longe à Meholab, quo fugierunt Midianitæ manū Gideonis, Iudic.7.*

Thabor *siue Thabirius, mons est in medio Galileæ campo mira sublimis rotūditate. Nam eius altitudo, ut dicit Aegesippus lib.4. cap.4. de excidio Hierosolymorum triginta est stadiorū, uertex autem ipse campestris uiginti tribus stadijs iacet. Hic olim confiniū inter Naphthali & Isascharis tribū fuit, Iosua 19. ubi Debora & Barak habuerunt exercitum suum contra Iabin regem, Iudic. 4. Deinde fit mentio quercus Thabor, 1. Reg.10. Psalm. 89. In Paralip. inuenies ciuitatem Thabor Leuitis de Sebulonia tribu datā, 1. Chro.7. Habes præterea Thabor mentionem, Hierem.46. Hoseæ 5.*

Thabera *id est incendium, locus in deserto, ubi populus igne domini propter murmur accensus perijt. Num. 11. Deute.9. Hierony. in ecloga hunc locum ἐμπυρισμὸν & incendium appellat.*

Tabrimon *filius Hesion fuit genitor Benhadad regis Syriæ, 3. Reg 15.*

Thachepaneches *uel Thahebanes est Aegypti ciuitas*

ciuitas, de qua lege Hierem. cap. 43. & Ezech. cap. 30.
Thaddæus *discipulus domini nostri Iesu Christi, unus è duodecim numero ad ebuccinandum Euangelium emissus, Marci 3. qui Lebbæus, Matth. 10. Iudas Iacobi filius Lucæ 6. appellatur.*
Thaerea *filius Michæ filij Mephiboseth è stirpe Beniamin, 1. Chronic. 9. 10.*
Thaenach *uel Thanach ciuitas Chananææ à Iosua expugnata, Iosuæ 12, in tribu Manassæ, Iudic. 1. 3. Reg. 4. 1. Chronic. 8.*
Thaenath *Silo urbs in tribu Ephraim, Iosuæ 15. Hieronym. temporibus fuerat uicus in decimo miliario Neapoleos contra orientem descendentibus Iordanem.*
Tahath *locus in deserto Arabiæ, ubi erat XXIII mansio filiorum Israël, Nume. 33.*
Thahas *filius Nachor ex concubina Rehuma, Gene. 22. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiq.*
Thahar *filius Esra è tribu Iudæ, 1. Para. 4.*
Thahath *Leuiticæ stirpis uir, filius Aßir, 1. Chro. 7. Alius è tribu Ephraim filius Bered, 1. Chron. 8. qui & ipse nepotem habuit ex filio Eleada, Ibidem.*
Thahan *filius Thelah ex stirpe Ephraim, 1. Chro. 8. Vnde Thahanitarum familia, Nume. 26.*
Thakehath *filius Hasra custodis uestium, genitor Sallum mariti Huldæ, 2. Chronico. 34. Aliâs Thikwa dicitur, 4. Reg. 22.*
Talmon *ianitor domus Domini Hierosolymitanæ*
post

post Babylonicam captiuitatem,1.Chro.10.Esræ.2.cantor dicitur,Nehe.7.&.11.

Thalmai *tyrannus,filius Enak gigantis,habitauit in Hebron,Nume.13.hic à Iuda cæsus est,Iosuæ 16.Iudi.1. Est quoq; alias Thalmai filius Ammihur rex Gessur,2. Reg.3.&.1.Para.3.2.Reg 13.pater Moecha,uxoris Dauid,4.Reg.s.1.Chro,3.qui ab alijs plerunq; Ptolemæus nuncupatur.*

Talaim *locus ab ouibus appellatus,ubi Saul recēsuit exercitum suum pugnaturus contra Amalechitas,1.Regum 15.quanquam Iosephus lib.6.cap.8,Iud.antiq.in Galgalis dinumerasse dicat.*

Thalassar *regio est Syriæ apud Hieronymū. De qua 4.Reg.18.Iosuæ 37,Vide Oecolampadium ibidem.*

Thamaih *ex Nethineis redux in terram Iuda ex captiuitate Babylonica,Esræ.2.Nehe.7.*

Thamara *iuxta Hiero.in locis hebraicis,castellum est unius diei itinere à Memphis oppido separatum per gentibus Aeliam de Hebron,ubi nunc Romanorū præsidium positum est.Vide Thamar.*

Thamnus *apud Ezechielem cap.8.idolum fuisse fertur.Latini interpretes transtulerunt Adonidē,qui amasius Veneris fuit,quem mulieres planxisse dicuntur. Est & Thamus mensis 10.apud Hebræos nomē,De qua re lege Calendarium Sebastiani Munsteri.*

Thamer *uel Thadhmor,Græcis Palmyra urbs Syriæ nobilis,hæc ab Hadriano principe Hadrianopolis ap-*

pellata est Stephano,3.Reg.9.2.Chro.8.Iosephus lib. 8.cap.6.antiq. Iud. plura de hac Ezech.47.terminus est Iudææ uersus meridiem.

Thamar *filia Dauidis ex Maecha uxore.soror Absolonis ab Amnone stuprata,2.Reg.13.1.Para.3.*

Fuit etiam Absoloni filia,nomine Thamar,2.Reg.14. Rehabeamo in uxorem tradita.

Thamar *uxor Er,filij Iudæ, quo mortuo ipse Iudas ex ea Phares & Zaram peperit, Gene.38, Matth.1.1. Paralipo.2.*

Thaurim, *id est, porta caminorum uel furnorum urbis Hierusalem,Nehe,3. Vide supra Hierusalem.*

Thanis *uel Thanais maxima Aegypti ciuitas in ostio Thanitico.ut Strabo lib.17.indicat: hãc Zoam esse memorãt,de qua Nume.13. In ea miracula per Mosen facta sunt, Psalm. 78.& qui cum Hieremia ob metum Babyloniorũ fugerunt, illuc cõcesserunt, Hieremiæ 43. Iesaiæ 19.*

Thanhumeth *Netophatites filium habuit Seraiam,4.Reg.25.Hiere.40.*

Thapuah *siue Thaphua ciuitas regni Chanaan in tribu Iuda,Iosuæ 15.quã Iosua interfecto illius rege expugnauit,Iosua 12.*

Thapuah *urbs alia, quæ in diuisione terræ Chanaan,cecidit in sortẽ Manasse,& est terminus Manassæ, in finibus filiorum Ephraim,Iosua 17.*

Est etiam eiusdem nominis filius Hebron,1.Chro.2.

Taphath *Salomonis filia, quam* Abi Nadab *accepit uxorem*, 3. Regum *quarto*.

Thaphenes *regina Aegypti soror uxoris Pharaonis, uxor* Hadad *Idumaei aduersarij Salomonis*, 3. Reg. 11. *Iosephus lib* 8. *cap*. 7. *antiqui*. Hiere. 2. *fit mẽtio* Taphanis *seu* Taphnis, *& uidetur pro Aegypto accipi. In ciuitate* Taphnes *habitarunt Iudaei, qui fugerũt è Iuda ob metum* Babyloniorũ, Hiere. 43. Ezech. 30.

Tartarus *in scripturis sanctis pro pessimo & profundissimo inferorum loco, in quo impij cruciantur, sumitur*, 2. Petri 2. *sic appellatus à* ταράττω, *hoc est, turbo, siue à* ταρταρίζειν, *quod est tremere, abhorrere*.

Tharsis *filius* Iauan, *filij* Iapheth, Gen. 10. *hic* Tharsos, *id est Ciliciam condidit, testis* Iosephus *lib*. 1. *cap*, 11. Iud. *antiq*. Ezech. 27. 1. Para. 1. Psal. 72.

Alius eiusdem generis filius Bilhan *è tribu* BenIamin, 1. Chronico. 5.

Tharsis *meminit* Hiere. 10. *Non est autẽ negligẽdum* Tharsin *significare mare magnũ, uelut docte* Mar. Lutherus *in* Iona *annotauit*, Psal. 72. *idem uides*.

Tarsus *metropolis Ciliciae prouinciae Pauli apost. natiuitate insignis*, Act. 21. *autor* Volater. *li*. 10. *geographi quam regioni indidisse nomen putãt, quae alicubi quoque* Tarsus *appellatur*, *Vide* Erasmum *in annotationibus suis in* Act. ca. 21.

Tharah *uel* Thare *filius* Nahor *pater* Abrahae, Nabor *et* Haran, Gene. 11. Iosua 24. 1. Paralip. 1. Iosephus

 li. 1. cap.

lib.1.cap.14.antiq.Iud.hic non ponit impietatem Chaldæorum ignem adorantes,uidere,tulit Abrahã,Loth, & Sarai:& traduxit in terram Chanaan,Vixit annis 205.& mortuus est.

Thareala *aliàs Tharela,urbs tribus BenIamin.Iosue (18.*

Tharthak *siue Tharthaz,idolum fuit Awa, siue Euæorum,De quo 4.Reg.17.*

Tarath *aliàs Thare XXIIII.mansio filiorum Israël in deserto,Nume.33.*

Tharthan *dux exercitus fuit Sanneherib regis Assyriorum,4.Reg.18.Iesaiæ 20.hic Asdod urbem Philistinorum obsedit & cœpit.*

Thathnai *dux Samariæ, Iudæorum hostis conatur templi ædificationem impedire,Esræ 5.& 6.*

Tebalia *filius Hossæ ianitoris templi,1.Chro.27.*

Tebah *filius Nachor ex concubina Rebuma,Gen.22*

Thebez *Chananææ terræ urbs, quam oppugnatus Abimelech,à muliere lapide molari ictus interimitur, Iudicũ.9.2.Reg.11.hæc sita fuit in finibus Neapoleôs, pergentibus Scythopolim,quasi in XIII.eius lapide,teste Hieronymo in ecloga.*

Thehinna *pater urbis Nahas de tribu Iuda, filius Esthon,1.Para.4.*

Thekoa *ciuitas Iudæ,sex miliaribus à Bethlehem distans,1.Chro.4.quæ nobis tulit prophetã Amos,Amos 1.cuius fit mentio.2.Regum.14.&.23.1.Para 2.&.4. hanc ædificijs muniuit Rehabeam,11.Chro.11. Nehe.3.*

Telem

Telem *urbs tribus Iudæ, Iosue 15.*
Fuit etiam Telem Iudæus quidā ianitor templi post captiuitatē Babylonicā, qui alienigenā uxorē repudiauit, Esræ decimo.

Thelah *filius Reseph nepotis Ephraim, 1. Chro. 8.*

ThelHarsa *proselytus redux in Iudæā è captiuitate* (*Esr. 2. Neh. 7*

Theman *mons est in deserto Arabiæ Sinai contiguus, cuius meminit Abac. 3.*

Theman *ciuitas principum Idumæorum, in regione Gabalitica est, Hiere. 49. Amos 1. Iesaiæ 21. quæ ad Theman, filio Eliphas, filij Esau ex Ada uxore uno ex duodecim principibus Ismaël nomen accepit, Gene. 36. 1. Parali. 1. Hiere. 25. Abdiæ 1. Ezech. 25. Abac. 3. De hac Hiero. in hebr. locis. Vnde fuit Eliphas princeps, amicus Hiob, Hiob. 2.*

Thema *Ismaëlis filius, De quo habes Gene. 25. & 1. Para. 1. & iam de ipso diximus.*

Themni *filius Ashur ex Nara uxore de tribu Iudæ, 1. Para. quarto.*

Theophilus *ad quem Lucas Euangelion suum, & Acta apostolorum scripsit, uir senatorius & princeps fuisse à Theophylacto perhibetur.*

Theraphim *Gene. 31. Aquila μορφώματα, id est, figuras, idola, uel imagines interpretatur. Hoc aūt ideo ut sciamus quid Iudic. 19. Theraphim sonet, hæc Hieronymus in hebr. quæst. Martinus Lutherus in 10. Sachariæ Thraphim idola (Götzen) seu cultum sacrum signi*

ficare ex Hoseæ 1. cap. & Iud. 19. probat.

Terebynthus in Sichimis Samariæ ciuitate iuxta Neapolim, sub qua Iacob idola subfodit, Gen. 25. Vide Aegesippum lib. 4. cap. 25.

Theres & Bigthan eunuchi regis Persarum in arbore suspendūtur ob intētatam fraudē regi, Ester 2. & 6.

Tertullus orator Hierosolymitanus, quem Ananias princeps sacerdotū secum Cæsaream duxerat ad accusandum Paulum coram præside, Acto. 24.

Tertius scriba Pauli, qui eam epistolā Paulo dictante scripsit, quæ Romanis inscripta est, Roma. 16.

Thessalonica Macedoniæ ciuitas prius Halia nuncupata, Cassandri ædificium sub Philippo Amyntæ filio nomen mutauit, uel quod ille in eo loco Thessalos uicerit, uel, ut Lucius Tarræus dicit, qui librū de ea ciuitate cōposuit, ex Thessalonica filia appellauit, ut placet Strabom li. 7. uxore nō filia, liberæ fuit olim conditionis, ut Plin. li. 4. cap. 10. Ira Theodosij, qui duodecim millia ciuium in ea necauit: maxime cognita, sed multomagis epist. Pauli. Hæc deinde cessit in hæreditatē Andronico Manuelis Imperatoris Cōstātinopolitani filio, sed Ioannis fratris odio, qui patri successerat eam Venetis tradidit. A Venetis uero Amurathes Turca bello eripuit. hæc Raphaël Volater lib. 8. Geographiæ In hac Paulus apostolus annunciauit Euangelium, Acto. 17.

Theudas seditiosus quidam Pseudopropheta Cæsari tributa persoluere prohibens: ideoq; è medio cū uniuer

sis asse-

sis asseclis sublatus, uelut scribit Ioannes Chrysostomus Homilia 71. super Matthæũ, & Homilia 58. super Ioannem, exponens illud Ioannis 10. Oues uocem eius audiunt, alienũ autem nõ sequuntur. Hic persuasit multis, ut sublatis ex urbe facultatibus suis ripas Iordanis fluminis obsiderẽt. Dicebat præterea se posse uerbi sui præcepto fluuij dirimere fluenta, & facilè sectatoribus suis fluminis transitũ dare: quibus uerbis multis imposuit. Fadus uero Iudææ procurator equitũ exercitu superueniẽs, plurimos peremit: multos tamẽ uiuos cepit, ipsius tamen Theudæ caput desectum, Hierosolymam reportauit. Lege Iosephum lib. 20. cap. 4. & 5. anti. Iud. Eusebium Cæsarien. lib. 2. cap. 11. ecclesia. historiæ. Cuius & Gamaliel Acto. 5. mentionem facit.

Thyatira Lydiæ, quæ Asiæ minoris prouincia, ciuitas est, Macedonum habitatio, quam nõnulli Mysorum ultimam dicunt, autor Strabo lib. 13. De eadem ⸢...⸣que idem lib. 14. Plin. populorũ Thyatirenorũ meminit in 5. cap. 30. Ex urbe fuit Christiana illa mulier Lydia purpurarum uẽditrix, quæ Paulum hospitio accepit, Acto. 16. fuit quondam Esculapij templo famosa. Huius meminit etiam Ioannes Apoc. 1. & 2.

Tyberius Cæsar Liuiæ filius, Cæsaris Octauiani Augusti priuignus tertius Romanorum Imperator, annis XXIIII imperauit. Cuius imperij anno XV dominus Iesus Christus prædicationis suæ sumpsit initiũ, Lucæ 3. XVIII uero imperij eiusdẽ anno idem Iesus Christus fi-

lius Dei pro nobis sese morti offerens, crucifixus est, au tore Eutropio lib. 7. rerum Romanarum.

Tiberias urbs Galilææ ad mare sita, quod ab ipsa ci uitate appellatur mare Tiberiadis, Ioan. 6. hanc ciuitatem olim Chinnareth appellatã, Herodes tetrarcha in honorem Tiberij Cæsaris condidit, & Tiberiadem uocauit, teste Iosepho in 18. cap. 4. antiq. Iud. & Aegesippo lib. 2. cap. 3. iuxta quam Dominus stupendo miraculo pauit multitudinẽ populi paucis panibus, Ioan, 6.

Thibni filius Ginath à quibusdam Israëlitis rex electus interimitur, 3. Reg. 16. Iosephus lib. 8. cap. 12. anti. hunc Thaman appellat.

Thibehath Syriæ ciuitas regis Hadaad Eser, quam Dauid cœpit, multoq; ære spoliauit, 1. Chro. 19. hæc forsan est quæ 2. Samue 8. Berothai dicitur, aliàs à Iosepho lib. 7. cap. 5. antiq. Iud. dicta Baachan siue Machon.

Tychicus ex Asia discipulus Domini & Pauli apostoli comes, Acto. 20. quem è Roma unà cũ epistola ad Colossenses legauit, Coloß. 4. & aliàs Ephesum, 2. Timoth. 4. Ephe. 6. Titum 3.

Thichon pagus est, aliàs Hazar Thichon, qui est ad terminũ Hapheran ad septentrionem Iudææ, Ezech. 47

Thideal rex gentiũ unà cum alijs regibus contra regem Sodomorum bella gessit, Gene. 14.

ThisSar regio est, cuius meminit Hiere. cap. 51.

Tigris in Armeniæ maioris regione oritur fonte conspicuo in planitie loco nomen est Elongosine, testis Pli.

in. 6. ca

in 6. cap. 27. natural. histo. De eodē Pompo. Mela. li. 3. Strabo li. 16. Volater. li. 11. geographiæ sub finē: hic contra Aßyrios pergens, postquàm multos circuitus mare rubrum ingreditur, ut scribit Iosephus *lib. 1. ca. 2. antiq.* Iud. *Hebræis dictus est* Hydekel, *de quo supra.*

Thiglath Pilleſſer *rex Aßyriorum pugnat contra Iſraël, & abduxit captiuum in Aßyrios, 4. Reg. 15. 16. 1. Chron. 6. 2. Chron. 28.*

Thikvua *genitor Sallum mariti Huldæ prophetes, 4. Reg. 22. hic 2. Chron 34. Tha Kehath appellatur. Alius, genitor Iehasia, de quo Esræ 10.*

Timon *uir pius & prudens, unus è septem diaconis fuit, Actor. 6.*

Timotheus *filius cuiusdam mulieris Iudææ fidelis (quam 2. Timoth. 1. Apostolus Eunicem uocat) patre uero græco, auia Loide:* Hic *bonum testimonium ab ijs, qui Lystris (ubi & ipse erat) & Iconij degerant, habuit. quem Paulus circumcisum suscepit in ministerium uerbi, episcopū Ephesiorum creauit, filij loco habuit, uelut testantur binæ ad eum epistolæ, hic Thessalonicæ annunciauit Christū, Acto. 17. Paulū comitatus est Asiam proficiscentē Actor. 20. Rom. 16. Huius Paulus crebram fuit mentionē & cōmendationē, 1. Cor. 4. et 16. 2. Cor. 1. Philip. 1. & 2. Coloß. 1. & 1. Thessa. 1. & 3. Hebr. 13.*

Timæus *ciuis Ieriho ciuitatis, cuius filius Bartimæus cæcus à Christo uisum recipit, Marci 10.*

Thimna *urbs in tribu Iuda in terra Philistinorum,*

Iosuæ 15. aliâs Tamna, Iudic, 14. ubi Iudas patriarcha totondit oues, Gene.38. 2. Chron. 28.

Thimna *concubina fuit Eliphas, filij Esau de genere Horræorum, quæ peperit ei Amalek, Gene.36. soror eti am Lothan filij Seir, 1. Para.1. hanc ut filiam educauit Eliphas, ideoq; inter Eliphas filios computatur, 1.Chr. 1. Est quoq; Thimna regia ciuitas Idumææ, Genes.36. & 1.Para.1.*

Thimnatha *aliâs Temna Palestinæ urbs in sorte filiorum Dan, Iosuæ 19. Iudic.14.*

Thimnath Serah *uel Thimnat Heres, urbs in monte Ephraim è septentrionali plaga montis Gaas, quam dederunt filij Israël duci Iosua in possessionẽ, Iosua.19. Aliâs dicta Thamnath Saraa, illic postea Iosua ubi uixisset centũ et decẽ annos, sepultus est, Iosu.24. Iudic.2.*

Tiphsah *ciuitas est regni Israëlis; cuius fit mentio, 3. Reg.4. & 4. Reg.15.*

Thireathitæ *familia, quæ habitauit in Iaebez, 1. Paralip.2.*

Tirza *aliâs Thersa filia Zelaphehad è stirpe Manasse, Iosuæ 17. Nume.26.27,36.*

Tirza *uel Thersa ciuitas Chananææ terræ à Iehosua expugnata, Iosuæ 12. in alto sita monte, Israëlitarum regum regia ante conditam Samariam, 3. Reg.14.15,18. 4. Reg.15. Cantico.6.*

Tyrus *metropolis Phœnices in termino Iudææ XX prope miliario à Cæsarea Philippi, ad septentrionẽ in*

tribu

tribu Naphthali sita ad mare mediterraneum, negociatione maris opulenta et luxu perdita. Hæc quondã Iehiskiæ regis Iuda temporibus insula fuit prealto mari septingentis paßibus diuisa, sed ab Alexandro magno terra continens facta est, propter expugnationẽ multis in breui freto aggeribus cõportatis. Cuius maxime nobilitas conchylio atq; purpura cõstat, Plin. autore in lib. 5. cap. 19. naturalis historiæ, & Quinto Curtio lib. 4. Ipsa Tyrus Hebræis Zor appellatur, uelut infra habebis Tyrij Iudæorum amici extiterunt Salomonis ætate, quum Hyram regẽ haberent, 3. Reg. 5. Postea uero cum alijs nationibus, quæ circa Iudæam habitabãt persecuti sunt Hebræos, Ideoq; prophetæ contra Tyrum prophetauerunt, uelut uides Iesaiæ 23. Hiere. 25. Ezech. 26, 27. & 35. Psalm, 83. & 87. De eadem habes 2. Samue. 24. 1. Chron. 23. Ioëlis 3. Amos 1. Zacha. 9.

Thyras *filius Iaphed, Genes. 10. ab hoc Tyrenses, à quibus Græci Thracum nomen commutauerunt. Iosephus lib. 1. cap. 11. antiq. Iudaic. 1. Para. 1. Hieronym. in hebra. quæstion.*

Thirrena *filius Chaleb ex Maccha concubina, 1. Paralip. 2.*

Thirhaka *rex Cus, id est, Aethiopiæ fuit, De quo 4. Reg. 19. Iesaiæ 37.*

Thiria *filius Iehaleleel è tribu Iudæ, 1. Paralip. 4.*

Tyranni *cuiusdam Ephesini, in cuius schola disputabat Paulus, habes mentionem, Actor, 19.*

Thisbi

Thisbi, *id est* Thesbytes *sic dictus est* Elias *propheta* 3. Reg.17.21.4 Reg.1.9. *à Tesbone Galaaditidis regionis ciuitate, autor* Ioseph. *lib.8.cap.13.antiqui.Iudaic.*

Titus *Pauli apostoli discipulus, qui & ipse ab apostolo filij loco habitus, uelut Timotheus, quem propter eximiam indolem atq; fidem Cretæ insulæ præfecit Episcopum, quemadmodũ satis probat epistola Pauli Tito inscripta. Huius plurimã mentionem & cõmendationem Paulus facit,* 2. Corinth.2.7. & 8. Gala.2.et 2.Tim.4.

Thivulon *filius Simeonis è tribu Iudæ,* 1. Para.4.

Thizites *gẽtile nomẽ Iohæ robusti Dauidis,* 1.Chr.11

Toah *filius Zuph,* 1 Chron.7.

Tob *terra, in qua habitauit Iephthah princeps & Iudex Israëlitarum,* Iudic.11.

Tobia *Leuita fuit, qui cum alijs à Iosaphat emissus est ad docendam legem,* 2 Chron.17.

Tobia *uni cum reliquis Iudæis redux ex captiuitate Babylonica, in terram Iuda uenit,* Zacha.6. Esræ 2.

Tobia *Ammonites Samariæ præfectus Iudæorum hostis ædificationem Hierusalem impedire conatur,* Nehe. 2. & 4. *Cuius thesaurum in gazophylatium reposuerat Eliasib summus sacerdos, sed à Nehemia rursus eiectus,* Nehemiæ 13.

Tob Adonia *Leuita Iosaphat,* 2.Chron.17.

Tochen *ciuitas est tribus Simeonis, ut ex* 1. Para.5. *colligitur Ain, Etham, Rimon, Tochen, & Asan ciuitates quinq;.*

Thogarma

Thogarma *filius Gomer filij Iaphet, Gene. 10. à Iosepho li. 1. ca. 11. Iudaica. antiq, Tygran dicitur, hinc Tygraneos, qui Phryges à Græcis sunt nuucupati, instituit, 1. Para. 1. Hierony. in quæst. heb. Ezech. 27. 38.*

Thohu *alias Thau filius Zuph, pater Elihu, siue Eliel, 1. Reg. 1. Chronic. 7.*

Thola *octauus Iudex in Israël, filius fuit Pua patrui Abimelech è tribu Isaschar. 23. annis iudicauit Israël, sepultus est in Samir monte Ephraim, Iudic. 10.*

Est alius Thola filius Isaschar, Gene. 46. 1. Chronic. 8. Inde Tholaitarum familia, Nume. 26.

Tholad *ciuitas est, quæ sorte ducta tribui Simeonis contigit, Iosua 19. 1. Chron. 5.*

Thomer *Debora, id est Palma Deboræ, locus est inter Rama & Bethel in tribu Beniamin, ubi Debora uates quondam habitauit, Iudic. 4.*

Thomas *cognomento Didymus unus è numero duodecim apostolorum, à Christo ad prædicandũ Euangelium emissus, Matt. 10. Mar. 3. Lucæ 6. qui manibus suis cicatrices Christi à mortuis excitati, palpauit, Ioan. 20.*

Thophel *locus in deserto ad terram Chanaan respiciens trans Iordanem è regione Hierichuntis, XI dietis à monte Seir, ubi Moses Deuteronomiũ edidit, Deut. 1.*

Thophet *locus est tribus Beniamin in suburbanis Hierusalem, iuxta Hieremiã in ualle filij Hinnon situs, Qui cernitur in Hierosolymæ suburbanis, Hiero. teste, ubi quondã parentes filios igni exustos, deuouebant & imolabant*

immolabāt dæmonio Molech,quemadmodū Ethnici Saturno,4.Reg.23. Hiere.7.19. aliâs uallis Hinnum dicta Hiere.32. Matt.5.& 10. Gehenna uocatur, Iesaiæ 30.

Thou *uel Thogu,rex Hemath misit Hadoram filium suum ad Dauidē regē Iudææ pro concilianda amicitia, 2. Reg.8.1.Para.19.Iosephus li.7.ca.5.antiquitatum,*

Trachonitis *quæ & Ithurea Syriæ regio iuxta Arabiæ desertū,quod Bosræ iungitur. De hac Hiero.in locis heb.contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens, Cuius tetrarcha fuit Philippus,Luc.3. Iosephus li.1.cap 14.antiq Iud.& lib.17.cap.10.*

Thriphosa *fidelis mulier, quam Paulus salutauit, Roma.16.*

Tryphena *pia mulier,quā Paulus salutauit, Ro.16.*

Troas *ciuitas Asiæ maritima, eadem Antigonia dicta, Plini. lib.5.cap. 30. In hac Paulus uisionem uidit, Actor.16.aliâs quinq; dies moratus illic, Actor.20.illic apud Carpum Paulus penulam reliquerat, 2. Timot.4. De qua etiam 2. Corinth.2.*

Trophimus *Ephesius discipulus domini & Pauli comes, Acto.20.21.quem languentem in Mileto reliquerat Paulus,2.Timoth.4.*

Trogyllium *oppidum Siciliæ,ad quod etiam Paulus apostolus nauigauit, Actor.20. At Plinius in 5.cap. 31.naturalis historiæ Trogilias insulam facit ad Samum Mileto uiciniorem,Cuius insulæ oppidum fuisse Trogyllium credibile est.*

Tubalkain *filius Lemech ex Zilla fortitudine excellens, res bellicas decenter exercuit, ferrariam primus inuenit, Gene. 4. Iosephus lib. 1. cap. 4. Iuda. antiq. LXX interpretes uocant hunc Thobel.*

Thubal *uel Thybah à Iosepho lib. 1. cap. 11. antiquitatum Iudai. Iobel, filius fuit Iaphet, Gene. 10. hic Iobelos condidit, qui nostris temporibus Iberes appellantur, qui & Hispani, à quibus postea Celtiberi nūcupati sunt autore Iosepho lib. 1. cap. 11. anti. 1. Para. 1. Hieronymus in hebraicis quæst. Iesaiæ 66. Ezech. 27. & 32. 38.*

V

VAiesatha *filius fuit Haman, Iudæorum hostis in Susan à Iudæis cæsus, Ester, 9.*

Vallis Therebinthi, *siue quercus est in sorte tribus Iuda, ubi Saul posuerat castra contra Philistijm, 1. Reg. 17. Vide Emek Ela.*

Vallis benedictionis *2. Chronicorum 20. supra Emek Bereka, ubi Iosaphat deum laudauit post uictoriam de Ammon & Moab &c. quidam Ieruel dictam uolunt.*

Vallis Iosaphat *fit mentio Iöelis 3. hæc est inter montem Oliueti & Hierusalem.*

Vallis artificum *Gebarasim, cuius dominus fuit Ioab filius Seraia, 1. Para. 4.*

Vallis regia *ubi Absolon in sui memoriam statuam erexerat, 2. Regum 18. Hebræis dicitur Emek Melech.*

Vallis

Vallis syluestris, *nunc est mare salsum*, Gene.14. *Vide* Emek Sidim *&* Iam Hamelech.

Vallis turbationis, *Iosua* 7. *&* 15. *quære supra* Emek Achor.

Vallis populi Gog *in Iudæa uersus mare mortuum*, Ezech.39. *appellatur* GeHamon Hag.

Vallis Salinarum, *ubi Dauid percußit Syros*, 2. Reg.8.1.Para.19. (*uide supra Gemelach*) *&* Amazia *rex Edomæos*,4.Reg.14.2. Chronic.25 Require titulũ Psal.59. *In hac olim fuerunt putei bituminis. Post dei uero iram & sulphuris pluuiam in mare mortuum uersa est, quod à Græcis* λίμνη ἀσφαλτῖτις, *id est, stagnum bituminis appellatur, ita* Hierony. *in locis heb. et Iosephus lib.*1.*cap.*17.*antiq.*

Vallis gigantum, *uide supra* Emek Rephaim.

Vaphsi *e tribu* Naphthali *genitor* Nahebi *exploratoris*, Nume.13.

Vasthi *regina* Persarum, *uxor* Ahasueri *regis, ualde pulchra, recusans ad regem uenire, ab ipso repudiatur,* (Hester 1.

Vbal *fluuius oriẽs de fonte* Vlai, Dani.8.

Vidua Sareptana *Eliam hospicio accepit*, 3.Reg. 17. Lucæ 4.

Vir Philistæus *de genere* Rapha, *habens uiginti quatuor digitos in manibus & pedibus, percutitur à* Io*nathan filio* Simea, 2.Reg.21.1.Chron.21.

Vir Israelites Simri, *cum* Madianitide *fornicatus, à* Pincha *pugione perfoditur*, Nume.25.

Vlai *fontis nomen, unde flumen Vbal oritur, Dani. 8.*

Vlam *filius Sares nepotis Manaßis, 1. Chron. 8.*

Alius è tribu BenIamim filius Esek, 1. Chron. 9.

Vlla *è tribu Asseris, 1. Chron. 8.*

Vma *aliâs Amma, urbs in sorte filiorum Asser, Iosuæ 19:*

Vnni *Psaltes Dauidis & ianitor tabernaculi, è tribu Leui, 1. Chron. 16.*

Alius Vnni Leuita redux è Babylonico exilio in terram Iuda, Nehem. 12.

Vphas *loci nomen est, unde aurum adferabatur ad conficienda idola, Hierem 10. Latinus codex pro eo habet Ophir.*

Vr *ciuitas Caldeorum patria patris nostri Abrahæ, Genes. 11. Iosephus lib. 1. cap. 14. antiquitatum Iudaicarum. Vbi Haran frater Abrahæ è uiuis excessit, Act. 7. Genes. 11. 12. Nehe. 9. Interpretatur ignis siue lumen quod Chaldei ignem adorarent.*

Vr *genitor Eliphal robusti Dauidis, 1. Chronic. 12.*

Vrbanus *adiutor Pauli in prædicando Euangelio fuit, Roma. 16.*

Vri *filius Hur nepos Chalebi genuit Bezaleelem ingeniosissimam fabrum, 1. Paralip. 2. Exodi 31. & 35. 2. Chronic. 1.*

Alius ianitor templi post captiuitatem Babylonicam alienigenam repudiat, Esræ 10.

Vrias Hethæus maritus BathSebæ, armiger Ioab, Dauidis malitia & concupiscentia in bello perijt, 2. Regum 11. Iosephus libro 7. cap. 7. antiquitatum Iudaicarum. Computatur inter fortes Dauidis, 2. Regum 23. 1. Chronicorum 12. Hieronymus in quæstionibus hebraicis, putant hunc eundem esse qui Abimelech. 1. Regum 16. appellatur.

Vrias filius Semeia patria Kiriath Iearim propheta contra Hierusalem prophetauit, & ab Ioboiakim rege fuit interfectus in Hierusalem, Hierem. 26.

Fuit etiam Vria quidam sacerdos filius Haloz cuius filius Meremoth post captiuitatem Babylonicam sacerdos constituitur, Esræ 8. Nehem. 3. & 8.

Vria sacerdos fuit tempore Ahas regis Iudæ, qui sui regis imperio altare iuxta similitudinem eius quod in Damasco uiderat, fecit, 2. Regum 17. Iesaiæ 8.

Vriel Leuiticæ tribus uir, filius Thahath, 1. Chronicorum 7. è filijs Kahath, 1. Chron. 15. 16.

Alius genitor Michaiæ matris Abiam, 2. Chronic. 13.

Vsa filius Abinadab arcam fœderis tangens, à domino percutitur, 2. Regum 6. & 1. Paralipo. 14. & loco reliquit nomen ut Perez Vsa dicatur.

Alius Vsa filius Simmei è tribu Leui, 1. Chronicorum septimo.

Vsa hortus in quo sepulti iacent Manasse et filius eius Amon, 4. Reg. 21.

Vsa filius Gera tribus BenIamin, 1. Chronicorum 9.
Alius Vsa ex Nethinim redux in terram Iuda post captiuitatem, Esræ 2. Nehem. 7.

Vsal genitor Palal, Nehem. 3.

Vsal filius Iaketan, Genes. 10. 1. Paralipomenon 1. siue Vzal, Iosephus libro 1. cap. 14. antiq.

Vsen Seera urbs in tribu Ephraim, quam ædificauit Seera filia Ephraim, 1. Chronic. 8.

Vsia qui & Asaria filius Amazia rex Iudæ non malus fuit, leprosus tamen ante obitum factus est, 4. Reg. 15. 2. Paralipom. 26. Amos 1. Iesaiæ 6. & 7. Matth. 1. Osias appellatur.

Vsia Asthrathites unus robustorum Dauidis, 1. Chronicorum 12 Huius puto filium fuisse Ionathan præfectum thesaurorum Dauidis, 1. Chron. 28.
Alius Vsia filius Harim sacerdotis qui repudiauit alienigenam, Esræ 10.
Alius filius Sacharia filij Amaria, Nehem. 11.

Vsi Ia Leuiticæ tribus homo filius Vrielis, 1. Chro. 7.

Vsiel filius Iesci princeps Simeon, 1. Chronicorum 5.

Vsiel Leui nepos filius Kahath patruus Aaron filios habuit Misaelem, Sithri, & Elzaphan, Exod. 1, & 6. Leuitici 10. Vnde Vsielitarum familia descendit, Num. 3. 1. Chron. 7. 16. 24. 25.
Alius eiusdem nominis filius Heman cantoris & uidentis D auid, 1. Chronic. 26.

Vſiel *filius* Belæ *filij* BenIamin,1.Chron.8.

Alius Leuita ſub Iebuſia *è filijs* Iedutbun, 2. *Chronicorm* 29.

Alius Vſiel *filius* Harbaia *aurifaber qui reædificat muros* Hieroſolymitanos,Nehem.3.

Vſi *filius* Buki *è ſtirpe* Leui,1. Chron.7.Eſræ 7.

Alius eiuſdem nominis, filius Tholæ *filij* Iſaſcharis, 1. Chronicorum 8.

Alius Belæ *filius, nepos* BenIamin,1. Chronic.8.

Vſi *filius* Michri *ſtirpis* BenIamin,1.Chron.10.

Alius Vſi *filius* Bani *Leuitarum princeps in* Hieruſalem,Nehem.11.& 12.

Vthai *filius* Amihud *de tribu* Iuda,1.Chron.10.

Alius filius Bigeuai *redux de Babylonico exilio*,Eſræ 8.

Vz *ſiue* Huz *filius fuit* Aram *filij* Sem, Geneſ 10. 1. Paralip.1. *Iſte inſtituit* Traconitidem & Damaſcum, *quæ eſt media* Paleſtinæ Syriæq; *coniuncta*, Ioſephus lib.1.cap.14.*antiquitatum* Iudaicarum. *Huius regio in* Hiob cap.1. *à* LXXII *interpretibus* ἀυσιτιδ'ις *quaſi* Huſitidis *dicitur. De qua etiam* Hierem.25. *Hæc* Hieronimus *in heb.quæſt.Threnorum* 4.

Vz *filius fuit primogenitus* Nabor *ex* Milca, *qui* Nabor *frater fuit* Abrahæ,Geneſ.22.

Vz *filius* Diſan *principis* Horræorum *in* Seir, Gene. 36. 1.Paralip.1.

Z

ZAdok filius Immer cum alijs reparat ædificia Hierusalem, Nehem. 3.
Alius Zadok primas populi, Nehem. 10.
Fuit Zadok scriba à Nehemia super gazophylatiũ constitutus, Nehem. 12.
Zedok sacerdos domini filius Meraioth filij Ahitob 1. Chron. 10.
Alius fuit & prior illo quem rex Salomon sacerdotem constituit, 3. Reg. 2. De quo paulo post.
Alius filius Baena qui muros Hierusalem restaurare laborauit, Nehem. 3.
Zadoch è tribu Leui, 1. Chron. 7. & è filijs Eleasar 1. Chron. 25. Filius Ahitob fuit Dauidis sacerdos, 1. Paralip. 16. & 19. 2. Reg. 8, 20. Esræ 7. Iosephus lib. 7. ca. 5. antiquitatum Iudaica. & 2. Reg. 15. & 3. Regum 1. Hic à Salomone in sacerdotẽ (quemadmodũ paulo ante retulimus) loco parentis substituitur. 3. Reg. 2. & 4.
Zarega urbs tribus Iudæ, 1. Chron. 2. 4. quam Rehabeam magnificis muniuit ædificijs, 2. Chronicorum 11. Nehemiæ 11.
Zaphon uel Saphon in tribu Gad, Iosue 3.
Zarea Palestinæ locus in tribu Iuda, Iosue 15.
Alia urbs tribus Dan, Iosua 19. Hæc Iud. 16, 18. Zarga, iuxta quam sepultus est Simson, Vnde Zarci, 1. Paralipomenon 2.

Zaanaim siue *Sennim locus quercuũ in tribu* Naph*thali, Iudic.*4.*Iosua* 19.

Zalmona *alias Salmona locus deserti ubi filij Israël habuerunt* XXXV *mansionem,*Numc.33.

Zalmuna *alias Salmana rex fuit Midianitarum, quem captum interemit* Gideon, *Iudicũ.*8. *Psalm.*83.

Zarga *aliàs Saraa locus Chananææ in tribu Dan, Iosua* 19. *ubi habitabat Manoah pater Simsonis, Iudicum decimotertio.*

Zarega *urbs tribus Iudæ,*Nehem.11.

Zaregathei *familia fuit in* Kiriath *Iearim,* 1. *Paralipomenon* 2. & 4.*descendens de Sobal. Vide supra* Zarega.

Zarthan *uel Zarthana urbis nomen ad* Iordanem *sitæ prope Adam ciuitatem,Iosua* 3. *non longe Iezraele,* 3.*Regum* 4.& 7.2.*Chron.*4.*Zaredatha dicitur.*

Zanan *ciuitas est tribus Iudæ, Iosua* 15.

Zaira *ciuitas est Idumææ,* 4. *Regum* 8,

Zaphnath *Paeneah sic Pharao rex* Ioseph *Aegyptiaca lingua nominauit quæ uocabula interpretem seu reuelatorem occultorum,* Iosepho *lib.*2. *cap.*5.*antiquitatum Iudaicarum significant,pro quibus latinus interpres, Genes.* 41. & LXX.ψομφομφανὴχ *Saluatorem mundi uerterunt,eo* ꝙ *orbem terræ, ab imminente famis periculo liberarit.Lutherus suspicatur significare secretiorem consiliariũ. Vide* Hierony.*in heb quæst.*

Zareda

Zareda *regis Ieroboami patria, 3.Reg.11. in monte Ephraim.*
Zarpath *uel Zarpatha Sarepta est ciuitas Sidoniorum ut Ioseph,lib,8,cap.13.anti.ait, quasi in medio inter Tyrũ & Sydonẽ sita,cuius uinũ Sidonius poëta his ce commendat uersibus. Vina mihi non sunt Gazetica, Chia,Phalerna.Quæq; Sareptano palmite missa bibas. meminit huius 3.Reg.17.Lucæ 4. Abdiæ 1.*
Zalmon *Ahohites fuit unus robustorum Dauidis,2 Reg.23.Hieron.hunc Ilai.1.Chron.12.affirmat.*
Zachur *filius Hamuel è stirpe Simeonis,1.Chro. 55. Alius Zachur stirpis Ruben, genitor Sammuæ exploratoris,Num.13.*
Zaredatha *ad Iordanem est ciuitas infra quam & Succoth rex Salomon uasa ad templi usum fundere iussit,2.Chro.alias Zarthan dicta,3.Reg.7.*
Zalaph *genitor Hanun.Neh.5.*
Zacharias *de uice Abia sacerdos iustus & timens deũ,in diebus Herodis regis Iudeæ, qui ex Elizabeth uxore uetula diuũ genuit Ioannẽ Baptistã, præcursorem Iesu Christi, Lucæ 1. Sunt qui putant eum eundem esse cum sequente filio Barachiæ.*
Zacharias *filius Barachiæ homo timens deũ,quem occiderunt Iudæi inter templum & altare, uelut Christus inquit, Matthæi.23. Lucæ 11. Hunc eundem ferunt fuisse,qui à populo lapidatus est, quod Ioam & plebem*

iniquitatis suæ arguisset, secundo Chronicorum uigesimoquarto. Vide supra Sacharia.

Zachæus *princeps publicanorum diues in ciuitate Iericho, qui dominum Iesum hospitio excepit, & uerus Abrahæ filius dimidium bonorum pauperibus elargitus est, Lucæ decimonono.*

Zebaim *ex Seruis Salomonis redux in Iudæã è captiuitate, Esræ 2. Neh. 7*

Zephania *sacerdos domini captiuus ducitur in Babylonem, & à rege Babel percutitur, 4. Regum 25. Hic fuit filius Maasiæ, Hiere. uigesimoprimo, & 29, & 37. & 32. Forsan huius filius fuit Iosia redux in terram Iuda. De quo Zach. 6.*

Zephania *filius Thabath Leuiticæ stirpis, 1. Chr. 7.*

Zerubabel *filius Phadaiæ qui & Sealthiel, filij Iechani, 1. Para. 3. supra Serubabel.*

Zemah *apud Zach. cap. 3. & 6. germen, surculum frumentum, id est Christum significat.*

ZerethhaSahar *urbs in tribu Ruben, Ios. 13.*

Zenan *uel Sanan urbs in tribu Iuda, Iosua 15. Dicitur etiam Zaenan, Mich. 1.*

Zelaphehad *aliàs Salphaad è tribu Manasse filius Hepher, filij Gilead, Nume. 27. 36. Iosuæ 17. 1. Chro. 8. filius Machir dicitur, hic filias habuit, Num. 26. quæ nupserunt uiris tribus suæ, Num. 36. Ipse uero in deserto mortuus fuit. Num, 37.*

Zemari *aliàs Samarithes fuit filius Chanaan, à quo gentes Samariæ descenderunt,* Gen.10.1.Paralip.1.Vide *supra Samaræus.*

Zemaraim *aliàs Samaraim urbs in tribu* BenIamin *Iosuæ* 18.

Est etiam montis nomen in monte Ephraim,2.Para.13. *haud procul à Carmelo,ubi Elias fuit aliàs Samaria appellatus,* Vide *supra in Samaria.*

Zela *aliàs Sela urbs tribus* BenIamin,*Iosuæ* 18.

Zephath *aliàs Sephat urbs terræ Chananææ,quam oppugnauit Iudas & Simeon, uocauitq; nomen urbis Harma,id est,anathema,Iudic.*

Zelmon *aliàs Salmon mons arboribus consitus in Ephraim,Iudicum* 9. *Psalmo* 67.*Niue dealbabuntur in Selmon.*

Zeb *princeps* Midianitarum,*Iudicum septimo quære supra Seb.*

Zeror *alias Seor,uel ut Septuaginta legunt sarar auus fuit regis Saul,de tribu* BenIamin,1.Reg.9.

Zelzah *locus in tribu* BenIamin,*ubi Sauli de inuentum asinabus paternis dictum est*,1.Reg.10.

Zeboim *alias Sabaim uallis, ubi Philistijm direxeras cuneum aduersus Israël*,1.Reg.13.

Zerula *alias Saruia Soror* Dauidis *filia Isai,genuit Abisai,Ioab,& Asahel,1.Phralip,2.huius maritus fuit Asar teste Iosepho lib.7. cap.1. antiquitatū* Iudaicarū.

Zeboim *ciuitas Sodomorum in æternos dissoluta ci neres*, Gene.19. Deute.29. Hoseæ 11.

Zedada *terminus est tribus Iudæ ad septentrionem* Nume.34. Ezech.47.

Zedekia *filius Cnaena propheta falsus regis Ahab, percutit Micheam*, 3.Reg.22. & 2. Chron.18.

Alius pseudopropheta filius Maasiæ, quem Nebucad-Nezar combussit Hierem.29.

Zephrona *quære Siphrona*.

Zephatha *uallis est iuxta ciuitatem Maresa, quod affirmat historia*, 2. Para.13. *ubi reperies in ualle Zephatha apud Maresa*, Vide Zephath *supra*.

Zebaoth, *id est militia, exercitus, certámina, ac uirtutes, cognomentum est Dei in prophetis, q. deus noster potens sit & fortis, imò ipsa fortitudo & potentia*.

Zer *urbs tribus Naphthaliæ*, Iosua 19.

Zereratha *locus est, ubi Madianitæ terga uerterũt*, Iudicum 7.

Zepho *uel Zephi filius Eliphas nepos Esau, princeps Idumæorum*, Genes.36. & 1.Chron.1.

Zeleg *Ammonites inter Dauidis fortes numeratur*, 2.Reg.23. 1.Chron.12.

Zereth *filius Ashur ex Hellea uxore, de Iudæ tribu* 1. Para.4.

Zenas *Legisperitus fuit, & fidelis, uelut ex Paulo* Titum 3. *colligitur*.

Zebedæus

Zebedæus *genitor Ioannis & Iacobi discipulorũ Christi, Mathæi quarto & decimo, Marci primo. Huius uxor fuit Salomæ, Matth 27. Marci 15.*

Zelotes *cognomentum fuit Simonis Chananæi apostoli Iesu Christi, Lucæ 16. Acto. 1*

Zipora *filia Reguelis. qui & Iethro, sacerdotis Midiam, uxor Mosis, genuit ei duos filios, prior Gerson. alter Eliefer uocatur, Exod. 2. et 18. reducta à patre ad Mosen, quum esset in deserto Arabiæ prope montē dei, Exod. 18.*

Ziphor *genitor Balal regis Moabitarũ, Num. 22. Iosua 24.*

Ziha *ex Nathinæis post babylonicam captiuitatem Esrǣ 2. Neh. 7. & 11.*

Ziphion *filius fuit Gad, qui unà cum Israële Aegyptum ingressus est, Gene. 46. Ab hoc descendit familia Ziphonitarum Num. 26.*

Zibea *de Berzeba mater fuit Ioas regis Iuda, 4. Re. 12. 2. Chro. 24.*

Zibia *filius Seharaim BenIamitæ, 1. Chro. 9.*

Zilthai *tribus BenIaminis uir filius Simæi, 1. Chron. nono.*

Zior *uel Sior urbs tribus Iuda, Iosuæ 15.*

Zidon *aliàs Sidon filius Chanaan, à quo Zidonij descenderunt, Gen. 10. 1. Paralipomenon primo, et ciuitas in Phœnice, Iosephus lib. 1. cap. 12. Iudaicarum antiquita*

ium, ipsi Zidonij sub Tyrijs sunt, 3. Reg. 5. Nam Tyrus & Sidon ciuitates maritimæ sunt in termino Iudææ ad septentrionalē plagam. Habes plura 1. Chro. 23. Ezech. 27. & 28. Ioël 3. Zacha. 9.

Zidon magna urbs Phœnices ad mare sita, Iosue 11. attingit limites tribus Asser, Iosuæ 19. Iudic. 1. in monte Ephraim, Iudic. 18. 2. Reg. 24.

Zidonij populi Phœnices, Iosuæ 13. habitatores Zidonis.

Zin locus in deserto, Numeri. 13. iuxta Edom, Nume. 34. Iosuæ 15. ubi fuit tricesimatertia mansio filiorū Israël, Num. 20. 33. Hæc est Cades, Nume. 27. limes Chananææ terræ à meridie, Num. 34.

Zinna locus in tribu Iuda, Iosuæ 15. hæc sita est ad meridiem terræ Chanaan, Num. 34

Zilla uxor Lemech mater TubalKain, Gen. 4. De qua etiam Ioseph. lib. 1. cap. 4. antiq. Iud.

Ziklag siue Sicelech, urbs fuit Philistinorum, quam Achis rex Gath dedit Dauidi in possessionem, 1. Regum 27. Iosephus li. 6. cap. 13. antiquitatum Iudaicarū, hanc Amalechitæ incenderunt, 1. Reg. 30. 1. Chro. 5, Simeonis tribui adnumeratur, Nehe. 11. filij Iuda in ea habitasse scribuntur, Iosua 15. quoq; inter urbes sortis filiorum Iuda numeratur.

Zidimzer alias AssedimSer, urbs in tribu Naphthali, Iosuæ 19.

Ziboim

Ziboim *urbs, in qua BenIamitæ habitarũt post Babylonicam captiuitatem, Neh. 11.*

Zion *qui aliàs Har Adonai, id est, mons dei: Item & HarKodesch Hierosolymæ ad aquilonẽ urbis situs Psal. 47. in cuius uertice erat arx constructa, quæ à Dauide capta, ciuitas Dauidis est uocata, 2. Reg 5. Deinde in latere montis templum Abdiæ, 1. Ioëlis 3. Amos 1. 6. Psal. 110. 125. 2. Reg. 5. & 2. Chro. 5. Micheæ quarto, Zacheæ primo.*

Zidekia *qui & Mathania filius Iosiæ regis Iuda ex Hamutal uxore, frater Ioachim, & patruus Ioachin, regnauit loco Iechaniæ nepotis sui ex fratre, q est Ioachin uicesimosecũdo ætatis anno imperij dignitatẽ Nebucad Nezar regis Babyloniorum beneficio est adeptus: à quo iterũ undecimi regni anno ob ingratitudinẽ et peccata sua imperio est spoliatus, Reliquumq; ætatis primum liberis suis, mox oculis orbatus, in Babylõe captiuus egit: quæ omnia copiosißime uides, 4. Reg, 24. et 25. 1. Chr. 3 & 2. Chronicorum tricesimosexto. Hieremias primo, 34. 37. 39. & 52.*

Zidekia *alius huius nominis filius Iechaniæ, De quo prima Para. 3*

Alius Zidekia filius Hananiæ princeps, cuius meminit Hiere. cap. 36.

Alius Zidekia sacerdos, signator fœderis populi Iudæorum cum deo renouati, Neh. decimo.

Zij ha-

Z ij *habitatores deserti,ut quidam memorāt,* Aethiopes *sunt.* Dau.Psal.74. Date nobis de cibo populi Zijm et psal.72. Corā ipso procidēt Zijm,hoc est Aethiopes.

Z ith *Cliui nomen est,ut legis* 2.Chron.20.

Z iba *de domo Saul seruus* Mephiboseth *filij* Ionathā 2.Samuelis 9.& Iosephus lib.7.cap.5.Iud.anti.*hic habuit* 15.*filios* & 20.*seruos adportauit* Dauidi *sub persecutione cibum*,2.Reg.16.

Z ibeon Heuæus *filius* Seir Horræi,*auus fuit* Abalibamæ *uxoris* Esau,Gen.36.1.Para.1

Z ilthai *è dimidia tribu* Manassæ, Dauidis *socius*,1. Chron.13.

Z oar Hebræis *paruū significat,una est ex quinq; ciuitatibus* Sodomorū *uersus* Philistijm, Gen.13. *in quam* Loth *fugerat, alij* Sego *uocant*,Gene.19. *hæc alius* Bala *quoq; dicitur,meminit huius* Iesaias cap.15.Deu.34.At Hiere.48.Zoar Moabitarum *urbs est.*

Z oan *urbs* Aegypti *est regia,pro qua* Chaldæus *interpres* Taanes *uertit*, Iesaiæ 19.Ezech.30.Numeri.13. Psal.78.Latinus codex *habet* Taphnis & Thanis.

Z oba *siue* Suba *regnum uicinum terræ* Chanaan Syria, *quod oppugnauit* Saul *rex*,1.Reg.14.Iosepho li. 7.cap.5. *uocatur* Sophene. De eodem 1.Chronicorum decimonono.

Z oba *itaq; est* Syria Decapoli *uicina*,1.Chro.20.*uide supra* Aram.

Zohar

Zohar *Hethæus genitor fuit Ephronis*, Gen. 23. et 25. *Fuit alius eiusdem nominis filius Simeon*, Gen. 46. Exo. 6. *aliàs Serah dictus*, Num. 26.

Zophim *uel Zoph, plaga est in montanis Ephraim, ubi morabatur Helcana Samuelis pater*, 1. Reg. 1. 1. Para. 6. *Eusebio teste*.

Zophponias *filius Kusi. filij Gedalia, filij Amar-Ia, filij Hiskia propheta tēpore Iosiæ regis Iuda floruit Sophoniæ* 1.

Zophah *filius Helem è tribu Asseris*, 1. Chron. 8.

Zophar *Naemathites, amicus Hiob fuit, qui cū consolandum uenit*, Hiob 2.

Zor *alias Tyrus, munitissima urbs Phœnicum uicina Iudææ, sita ad Aquilonē uersus occidentē ad limites sortis filiorum Asser*, Iosuæ 19. Vide Ezech. 27. 35. Hier. 25 Ioëlis 3. Amos 1. Zacha. 9, Psal. 45.

Zori *filius Iedithun cantoris David*, 1. Chro. 26.

Zuar *pater Nathaneëlis principis tribus Isaschar*, Num. 1. 2. & 7.

ZuriSaddai *genitor Salumielis principis tribus Simeon*, Num. 1. 2. & 7.

Zuriel *filius Abihail princeps Leuitarum familiæ Mahelitarum Musitarumq́;*, Num. 3.

Zur *dux Midianitarum fuit à Mose cæsus*, Nume. 31. Iosua 13. *huius filia Casbi meretrix, à Pinehas interfecta fuit*, Num. 25.

Zur

Zur Oreb *Petra est, quæ ab Oreb Madianitarum principe, ibidem securi percusso, nomen retinuit, Iudicum septimo.*

Zur *filius Ieiel patris Gibeon ex Maecha de tribu BenIamin, 1. Chro 9. 10.*

Zuph *aliàs Zuph filius Elkanæ Leuiticæ tribus, uir de monte Ephraim atauus Samuelis, 1. Reg. 1. & cap. 9. à quo dicitur terra Zuph, patria Samuelis, 1. Regum 9. & 1. Chronicorum 7.*

FINIS.

BENEDICTVS DEVS ET PATER domini nostri Iesu Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: quiq; dedit nobis desideratū pertingere finem, transgressis tam amplam syluam, qua νύκτας τε καὶ ἤματα laborandū erat, donec singula in suum locum collocaremus. Ipsi, inquam, qui iuuit nos ordiri & perficere, sit laus & gloria in secula seculorum Amen.

BASILEAE, ANNO
M. D. XXXV.
Mense Martio.